Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Summa de casibus conscientiae

Astesanus <de Ast>

Venedig, 18.III.1478

Incipit liber .6. de sacramento ordinis

urn:nbn:de:bsz:31-310628

Visual Library

De dignitatib⁹ eccleſiaſticis ī cōi. 38.
De papatu. 39.
De legatis. 40.
De patriarchis. 41.
De archiepiſcopis. 42.
De epiſcopis. 43.
De dignitatibus pallij. 44.
De officio iudicis ordinarij. 45.
De vicarijs. 46.
De regularibus ſiue religioſis. 47.
De priuilegijs ꝛ conſeruatoribus priui-
legiorum. 48.
De interpretatione dubiorū. 49.
De clerici vel monachi nō immiſceant ſe ſe-
cularibus negocijs. 50.
De diſpenſatione. 51.
De obedientia que debet̄ platis. 52.
De cenſibus exactionibus ꝓcuratōibus
ꝛ viſitationibus. 53.
De exceſſibus prela. contra ſubditos et
econuerſo. 54.
De ſimonia. 55.


Incipit liber. 6. de ſacramento ordinis
Et p̄ de clericatu ꝛ tonſura ti. i°.

Expeditis p̄ dei gratiam his que ptinent ad ſacramentum penitentie ꝛ vnctionis extreme. Conſequenter conſiderā dum eſt de ſacro ordinis. Et primo de quibuſdaꝫ aūcedētibus ad ordinem. ſ. clericatu ꝛ tōſura. 2°. de ipo ordine. 3°. de conſequentibus ordinem. Circa p̄muꝫ primo queritur quō aliquis fit clericus. 2° quis pōt conferre clericatū. 3° quare tales noīantur clerici: ꝛ vtrum renuncient temporalibus bonis. 4°. vtꝝ epi teneantur clericis ꝓuidere. 5°. qui clerici tenentur tonſuram portare. 6° qui clerici tenent̄ officium dicere. Circa p̄m ſciendū ꝙ clericus fit hoc mō. ſ. ꝙ p̄miſſis qbuſdā orōnibus: ep̄us ipe facit ei tonſuram cum corona: ipo ep̄o eam incboante: ꝛ clerico poſtea compleri iubente. Dum aūt tōdet eum ep̄us dicit in pſona eius. dñs ps here di. m. ꝛ cali. m. tu es q reſti. heredi. m. mihi deinde dicit epiſcopus quaſdam oratiōes ꝛ benedictiones. hoc patet in ordinario. ꝛ di. 23. pſalmiſta.

Circa 2m ſciendūꝫ ꝙ conferre pōt clericatum ſiue pſalmiſtatum: que duo p eodem accipiunt̄. ep̄s vt dictum eſt ſupra illis qui ſunt de ſua dioceſi. Abbas etiā monachis ſuis ꝛ alijs pleno iur̄ ſibi ſubiectis ī monaſterio ſuo ꝯferre pōt clericatuꝫ: ꝛ etiam hoſtiariatū ꝛ lectoratum. 71. di. c. i. ꝛ. 2. Dicit tam̄ Innoc. ex̄ de ſup. ne. p̄. ſup p̄muꝫ. c. ꝙ abbas exorciſtatum ꝛ acolitatū conferre non pōt: niſi hēat ex p̄uilegio. hec Innoc.. Alijs auteꝫ in alio loco cōferre non debet. ar. 69. di. c. i. Si tamē conferat caracterē confert. Et h̄ eſt intelligendum de abbate qui eſt preſbr ꝛ cui epiſcopus impoſuit manuꝫ ſm̄ morē pꝛeficiendorum abbatū. vt dicitur ibideꝫ h̄ Hoſti. ꝛ Roꝺ. Hoc idem pōt electus in abbatem ſi ep̄s differat benedicere euꝫ. vt dicit Ber. ex̄ de eta. cū contingat. ar ex̄ de ſup. ne. p̄. ſtatuimus. Et confert abbas clericatum qn̄ facit tonſuram cū corona laycis conuerſis. ex̄ de eta. cuꝫ contigat. ī tex. ꝛ in glo.. Scd̄m glo. tam̄. 69. di. c. i. abbas inuitatus poteſt etiam alterius monaſterij monachos ordīare. 9. q. 2. lugdun̄. Sꝫ nūqd ꝯferre poteſt ipe pſbr. Rn̄deo Ray. ꝛ Hoſt. dixerunt ꝙ ſic. ſ. pſbyter q habet curam eccl'ie: non alius. maxime ſi ſit archipſbyter vel plebanus. ſic intelligūt illō 23. di. pſbyter. ꝛ. c pſalmiſta. vbi dicitur ꝙ pſalmiſta ſuſcipere pōt officium cantandi ſola iuſſiōe pſbri. vnde exponunt officiū idest officij ordinem. Huius etiam ſententie fuiſſe videntur Innoc. ꝛ Jo. dicentes ꝙ pſbyter ſimplex hunc ordinem conferre pt. ī die dñico: vel alio feſto. Et ꝙ ī campania pſbri ſimplices: ꝛ maxie archipreſbyteri conferunt ordinem. Alij dicunt ꝙ non. vnde intelligunt predictum. c. nō de ordis collatione: ſed de ordinis collati executōe vnde exponunt officium. i. officij executōnem. Horum ſententia ſm̄ Hoſti. approbatur ex ordie ſcripture libri pontificalis: in quo primo ponit̄ ordo ad clericū faciēdū poſtea ponitur dictuꝫ. c. pſalmiſta de verbo ad verbum quaſi dicat oſtendimus ſub q̄ forma tonſura detur ab epiſcopo. Et cūq̄ eſt ſic tonſuratus pſalmiſta. i. cantor poſtq̄s ab archidiacono fuerit iſtructus: pōt officium cantandi ſuſcipe ſine cōſcīa epiſcopi ſola iuſſione pſbri: pſbro dicente ſibi. vide vt qō ore cātas. corde credas: ꝛ qō corde credis operibus approbes. q. d. h̄ ſūt vba quibus dictis habet officij executionem.

Nam per hec verba nõ recipit ordinem:
quod tamen ſequeretur ſm Hoff. Itez di
citur extra de eta.cum cõtingat.ꝙ nõ licet
abbati etiam preſbytero huic ordinem cõ
ferre:niſi recepit ab epiſcopo manus impo
ſitionem.ergo nõ licet preſbytero ſimplici
Aliqui vero dicũt ꝙ ſupradicta capitula
loquuntur ſm cõſuetudinem aliquarum
eccleſiaruz in quibus vel de conſuetudine
quam papa ſcit ⁊ tolerat:vel ex delegatõe
pape ſimplices pſbri ɔferũt ordinẽ iſtum.

CIrca 3m ſciendũ ꝙ huiuſmodi per
ſone habentes tõſuram cũ corona
vocant clerici. quia vt dicit Iſi.
7o ethimo.c.iz. clericos hinc appellatos eẽ
credimus.q: mathias electus ẽ ſorte:quẽ
per apoſtolos legimus ordinatum. cleros
enim grece latine ſors vel hereditas dicit
Inde ergo dicti ſunt clerici.q: de ſorte ſunt
domini: vel quia domini partem habent.
¶ Sed nunquid in ſuſceptione corone re
nũciat quis temporalibus bonis. Rndeo
renunciare temporalibus bonis in eo qui
eccleſie deſeruit:ſiue in eo qui clericus fit ẽ
perfectionis nõ neceſſitatis. vnde ⁊ h̃ fuit
in eccleſia p̃mitiua ꝙ nihil aliquis ꝓpriuz
habebat: nec ſuuz eſſe dicebat. Et adhuc
hodie in perfectõne religionis per dei gra-
tiam inuenitur. Ad hoc tamen clericus
nec iure humano nec diuino compellitur.
de bono tamen ⁊ equo minus debent inſu
dare ſollicitudini temporalium clerici q̃z
layci. ratio eſt.tum q: pueros nõ expectãt
ſicut layci: tuz q: magis debent eẽ intenti
ſpũalibus:⁊ ſollicitudo tpalis ſpũalem ex
cludit. Et iõ doctores aliquando loquũt
quaſi clerici debeant omibus temporalib9
cedere:⁊ omia dimittere:ſed hoc nõ intel-
ligitur quo ad poſſeſſionem:ſz potius quo
ad affectiõem. Nec etiam inducit ſibi no-
uam obligatõem ſuper alios ex debito ſed
de bono ⁊ equo..Unde dicit conciliũ aga.
iz.q.i.epi de rebus ꝓprijs vl'acquiſitis qc
quid habent de ꝓprio ſuis heredibus ſi vo
luerint relinquãt. Ex quo patet ꝙ nõ tñ
illi clerici qui nõ habent niſi tonſuraz.ſed
etiã epiſcopi licite poſſunt ꝓprium habere
Aug9 vero ſentit ꝙ nullus clericus debet
habere ꝓprium.vt p3.50.di.de cõi vita cle
ricorum.⁊ habetur.iz.q.i.nolo.poſtea tñ
mutauit concilium.Unde dicit in quodaz
ſermone.⁊ habetur in dicta queſtõe.Ecce
ego ſum qui ſtatueram nullum ordinare
clericuz:niſi qui vellet mecum manere.vt
ſi vellet a ꝓpoſito recedẽ certe illi clericatũ
tollerem. Ecce in cõſpectu dei ⁊ noſtro ɔci
liuz muto:qui volunt habere ꝓpriũ:qbus
non ſufficit deus ⁊ eccleſia. maneant vbi
volunt:non illis aufero clericatum. ¶ Si
obijcitur illud Hiero.ad nepocianum qui
deum poſſidet.⁊ cum ꝓpheta dicit.dñs ps
heredi.m. nihil extra deum habere poteſt.
cum ergo quilibet clericus cum tõſuratur
hec dicat.g ⁊c. Dicenduz ꝙ hoc nõ dicit
quia ius dimittat: ſed quia ɔgruit ꝙ affe
ctum relinquat. vel põt dici ꝙ habere eẽ
dominũ dr:qñ poſſeſſio dño preponitur:ñ
qñ ſupponit. h̃ Hoſt.4o.di.z4.p.i.q.i.ar.
z.c.7.c.im.⁊ Pe.4o di.z4.q.i.ar.z.q.i.o.

CIrca 4m ſciendum ꝙ cleric9 aut ẽ
ꝓmotus ad ordines ſacros aut ñ
ſi ſic.aut habet aliunde vñ ſuffici
enter poſſit viuere ad neceſſitatem nature
⁊ dignitatem ſtatus vel perſone:⁊ ſic pre-
latus nõ tenetur ei prouidere.i.q.z.paſtor
eccleſie.⁊ extra de prebẽ.epus ſi.⁊.c.tuis.
Et licet nemo teneatur ſuis ſtipendijs mili
tare.quia tamen ipſe voluit ꝓmoueri rõe
ordinis:deſeruire tenetur eccleſie: nec tene
tur ſibi prelatus ꝓuidere:cum non poſſit
indigentiam allegare. Aut non habet:⁊
tunc tenetur ei ꝓuidere ordinator:vl'eius
ſucceſſor.extra de preben.cuz ſm aplm.⁊
c.epus.⁊.c.non liceat. Ratio eſt quia ẽ ob
ligatus eccleſie: nec ad actus ſeculi valet
redire.ſi autem non ſit ꝓmotus ad ſacros
Aut deſeruit eccleſie:nec habet vnde ſuſtẽ
tetur:⁊ tunc tenet ei quandiu deſeruit.aut
non deſeruit: ⁊ tunc nõ tenetur ei plus q̃
alteri paupi niſi ex honeſtate. Iura vero
que loquunt de hac materia predicto mõ
ſunt intelligẽda.hec Ric.4o.di.z4.q.i.ar.
z.c.im.⁊ Pe.4o.di.z4.q.i.ar.z.q.z.o.Se
cundũ autem Ber.extra de p̃bẽ.nõ liceat
Epus ita tenetur ꝓuidere conſtitutis i mi
noribus:ſicut conſtitutis in maioribus:ſi
non habent vnde viuere poſſint. cũ dicat
in dicto.c.indiſtincte.non faciat clericos.
ar.ex de fil.pſ by.appellatõne enĩ clericoꝝ
omẽs maiorum ⁊ minorum ordinum cõ
tinentur.ii.q.i.de perſona.Eccleſia tamen
romana non conſueuit cogere epiſcopos:
niſi ꝓ his qui ſunt in ſacris.ex de prebẽ.
cum ſm apoſtolum.hec Ber. Secundum
vero Hoſti.non tenet ꝓuidere ɔſtitutis in
minoribus.Et intelligit quod dicitur in.c.
non liceat. nõ faciat clericos de clericis in
ſacris.de hoc vide.ȷ.i.q. gd ſi prelatus ⁊c.

¶ Sed quare ſucceſſoꝛ tenet̃ ꝓuidere cū
ſucceſſoꝛ non conueniatur ex delicto defun
cti. C. ne ex delicto defuncti. l. vna. Vndeo
ne in oppꝛobꝛium cleri mendicare cogat̃.
extra de cleri. coniu. Jobes in fi. vel dicen
duꝫ ꝙ nō tam ſucceſſoꝛ q̄ꝫ eccleſia punit̃
que non reſtitit in tali ꝓmotione epo. epus
enīꝫ nō oꝛdinat ſine conſilio eccleſie. 24.
di. c. penulti. vnde punitur ſi ei delinquenti
non reſiſtat. 2. q. 7. quapꝛopter. Et hoc in
tellige ſi epus examinauit. ſi autē alij exa
minauerint ipſi tenebuntur. 54. di. ſi ſeru⁹.
ar. extra de pꝛeben. cum ſm apoſtolum ibi
nullo pꝛeſentante. h Ber. ibideꝫ. Dicunt
tamē quidam vt Innoc. ⁊ Hoſti. extra d
pꝛeben. cum ſm apoſtoluꝫ. ꝙ ſi epus q ex
aminauit per ſe anq̄ꝫ prouidiſſet deponet̃.
vel epatui reſignaret: ⁊ de ſuo patrimonio
haberet vnd ꝓuidere poſſet ipſemet nō ei⁹
ſucceſſoꝛ ꝓuidere ſibi deberet. ar. extra de
pꝛeben. de multa. §. ⁊ ſi vltra ſex menſes.
Si aūt examinauit p aliuꝫ dic vt. j. titulo
iꝫ. q. qd ſi archipꝛeſbꝛ.

Circa 5^m queruntur plura. ſ. vtrū
clerici nō beneficiati nec in ſacris
ꝯſtituti teneant̃ poꝛtare tonſuraꝫ
Vndeo clerici tales aut publice exercēt re
pugnantia habitui clericali: aut non. ſi ſic
licet talia exercendo peccent non poꝛtādo
tamen tonſuraꝫ non peccant. imo magis
eam poꝛtando peccarent. Et tales ſi admo
niti ab eo ad quem ſpectat emendare ſe cō
tempſerint: ꝑuilegij clericalis fiūt exoꝛtes
extra de ſen. ex. contingit. Si vero non ex
ercent talia peccant non faciendo ſibi ton
ſuraꝫ fieri: ⁊ ad eaꝫ poꝛtandam poſſunt ⁊
debent cogi. Et ſic debet intelligi illud diſ.
23. ⁊ extra de vi. ⁊ ho. cleri. ſi quis. h Ric.
4° di. 24. q. 2. arti. i. c. Secūdum aūt Ric.
ibidem. clericus habens ꝑmam tonſuraꝫ
non poteſt eam deferere ſine pctō moꝛtali. ſꝫ
hoc eſt verum ſm Xp. naſon. niſi cā rōna
bilis ad hoc moueat. vñ ſi ex ſola libidine
laycandi eam deſerat ſm eum moꝛtaliter
peccat. ¶ Utrum clerici vxoꝛati non tamē
bigami teneantur poꝛtare tonſuram. R°
clerici tales aut vtuntur ꝑuilegio clericali
aut non. ſi ſic. tenentur eam poꝛtare. extra
de vi. ⁊ ho. cle. clericus ſi tonſuram. Si nō
aut hoc eſt vt declinēt eccleſiaſticū iudiciū:
quod ꝓpter ſuum delictum timent credētes
facilius euadere a curia laycali. Aut hoc
eſt quia volunt ad actus laycales penitus
ſe trāſferre: ⁊ milites fieri: vel alia ſecularia
opari. pꝛimo modo cogi poſſūt ⁊ debēt vt
tonſuram ferant: ⁊ iudicium ecclie ſbeant
2^m. credo ꝙ cogi non debent. Et ſic itelligi
debet. extra de clericis cōiu. Jobes. ⁊. c. ex
pte. ⁊. c. vt cōſultationi. hec Ric. 4° di. 24.
q. 2. arti. 2. o. Secundū auteꝫ aliquos illō
c. clericis. vbi dicit̃ ꝙ clericus coniugat⁹
debet ferre tonſuraꝫ. Intelligitur ſi ꝑcipit
beneficium eccleſiaſticū: ⁊ habeat ſpem re
deundi ad eccleſiam: ⁊ ſi ſine ſcādalo vxo
ris ferre poteſt ipſaꝫ. extra de vi. ⁊ ho. cleri.
Jobes. Intelligendum inſup ꝙ nulli licet
conferre clericalem tonſuram coniugato:
niſi volenti religionem ingredi: vel ad ſa
cros oꝛdines ꝓmoueri. ſm ꝙ eſt in ſacris
canonibus diffinitum. Et qui contra hoc
facit eſt ſuſpenſus a collatione eiuſdeꝫ per
annuꝫ. li. 6. de tpe oꝛdinan. nullus. ¶ Utꝝ
bigami teneant̃ non poꝛtare tonſurā. R°
clerici bigami aut ſunt ſeculares: ⁊ ſic non
tenent̃ poꝛtare. qꝛ oī ꝑuilegio carent. diſ.
87. quiſqs. imo ꝓhibent̃ ſub anathemate
eaꝫ deferre. extra de bigamis in ꝯſti. gregꝫ.
10. c. altercatōis. ⁊ eſt comminatio: nō ſnia
vnde contrariuꝫ faciens nō eſt excōicat⁹
vt dicitur ibidem in glo. gar. Et itelligitur
illa decretalis de his q ſic in minoꝛibus oꝛ
dinibus contraxerunt. ſecus eſt ſi i ſacris
ex̃ de bigamis nuper. ⁊. c. ſi nobis. ſm Jo.
an. Aut religioſi ⁊ ſic credo ꝙ cuilibet lꝫ
eam deferre. ⁊ ꝓhibitio huius decretalis al
tercationis. referri debet ſolum ad illos bi
gamos de quibus imediate fit ibi mentio
ſ. eos qui adiecti ſunt cohibitioni ſeculari
foꝛi: quod ad bigamos religioſos pꝫ non
extendi. ¶ Utrū clericus excōicatus reci
piens tonſuram ab epiſcopo debeat iterū
tonſurari poſt abſolutioneꝫ ab excōicatōe
Reſpondet Henr. de gand. in q̄onibus d
quolibꝫ. ꝙ nō. qꝛ ꝑmaꝫ tonſurā facē aut
eſt oꝛdinis aut iuriſdictōnis. ſi ſit oꝛdinis
tūc ſicut epus ſciſmaticus ⁊ excōicatus ex
equi pōt ea que ſunt oꝛdinis. ita ꝙ habet
effectum illud qō facit. Ita ⁊ ſi quē excōi
catum tonſurat eſt tonſuratus. ⁊ ideo qñ
abſoluitur nō debet iteꝝ tonſurari. Si aūt
hoc ſit iuriſdictiōis adhuc illō quod facit
ē ratū. qꝛ ſup hoc nulla ꝓhibitio eſt facta.
ſ. ꝙ tonſurat⁹ excōicat⁹ nihil recipiat.

Sequit̃ videre de 6° ſ. de obligatiōe
clericoꝛum ad diuinum officium
Et circa hoc querunt̃ plura. ꝑmo
vtrum clerici teneant̃ dicere hoꝛas cano
nicas. R° ſm Bon. 4° diſ. 24. p. i. q. i. ar.

4.q.z.o.quidam obligant̄ eccleſie.q̄ꝛ etiā
eccleſia eis obligatur: vtpote qui beneficia
recipiunt eccleſie.in aliquibus aūt eſt ccō/
uerſo.q̄ꝛ eccleſia eis obligat̄. q̄ꝛ ipi primo
p ſacroꝝ ordinū ſuſceptōeȝ obligāt̄ ecclie
vn̄ apparet ſm̄ ius cōe ꝙ clerici in ſacris
ordinib⁹ ꝯſtituti tenēt̄ ad horas canōicaſ
ex officio. Infra vō ſacros ordīes tenent̄
bn̄ficiati ex bn̄ficio. In ſacris vēo ordib⁹
ꝯſtituti ⁊ ex h̄ beneficiati tenēt̄ ex vtroq̄ꝫ:
⁊ h̄ dicit ius canonicū ⁊ cōcordat ius di/
uinū.hec Boñ.ibidē. Et habent predicta
veritatē de pfecte adultis ſm̄ Roð. Con/
cordat etiam his Innocen.in glo.extra de
cele.miſ.volentes. vbi dicit ꝙ preſbr diaco
nus ſubdiaconus vel quicūq̄ꝫ beneficiat⁹
tenetur dicere horas canonicas.Et intelli
gitur bn̄ficiatus ſm̄ aliquos qn̄ cū effectu
pcipe pōt fructus ſuoꝝ beneficioꝝ i toto
vel in pte.Secunduȝ alios vero intelligit̄
qn̄ habet ius percipiendi.h̄ Innocē. Con
cordat ēt Henr.de ganð.d.in qōnibus ð
q̄libȝ. ꝙ tales tenentur dicere:qui peccant
mortaliter omittendo eas: niſi rōne infir/
mitatis vel alterius cāe legitime impedien
tis.vn̄ in.c.volētes dicit̄ diſtricte p̄cipim⁹
in virtute ſancte obediētie: vt diuinū officiū
nocturnū piter ⁊ diurnū:q̄tū eis donin⁹
dederit ſtudioſe,piter celebrent ⁊ deuote.p̄
ceptum aūt obligat ad mortale.g̃.rē. Pōt
etiā addi ſupradictis ꝙ clerici beneficiati
ſūt obligati ad dicendū horas canonicas
nō tm̄ ex ſtatuto eccleſie:ſꝫ etiā ex obligatō
ne iuſticie:vt volunt aliqui.q̄ꝛ layci ſecu/
lareſ dederūt eis reddit⁹:vt q̄ꝛ ipi īplicit
aſſidue negocijs ſecularibus non poterāt
intendē diuinis: ipi miniſtri eccleſie vices
coꝝ ſuppleant in canonicis horis. ¶ Utꝝ
clerici qui tenent̄ horas canonicas dicē
teneant̄ eas dicere deuote Rn̄deo deuotio
poteſt tripliciter intelligi. vno modo ſuaui
tas mētis eleuate in deum p cogitatōnem
⁊ feruentē dilectōȝ:⁊ hanc gn̄at charitas
vel donum ſapientie: ⁊ eſt rara: Alio mō
dicit̄ actualis relatio boni opis in deū: vt
cū quis faciens aliqð bonū conſiderat ꝙ
faciat illud ꝓpter deum.3ᵒ mō dicit̄ hitual̄
relatio in deū:vt cū quis nō cogitās de deo
facit aliquod bonuȝ:requiſitus tn̄ quare
h̄ facēt.dicēt ꝙ ꝓpter deuȝ p̄ma deuotio eſt
pfectionis.2ª ꝯgruitatis.3ª neceſſitatis.
vnde q tenent̄ ad horas canonicas:tenē
tur eas legere deuote loquendo de 3ª deuo
tione. vt intelligi poteſt illud.c. volentes.

ibi deuote. ¶ Utrum debeant dicere horas
attēte. Rn̄deo ꝙ ſic.quod vt meli⁹ poſſint
facere debēt eas dicendo ab omnibus alijs
vacare:niſi aliqua neceſſitas cogat. lȝ āt
dicens verba ſine attentiōe ex ſua deſidia
p negligentiam peccet: nō tam̄ peccat mor
taliter.quia iſte modus orandi eſt tm̄ ex
iure poſitiuo.ſ.eccleſie:qð n̄ obligat niſi ad
ea que ſub iudicio humano cadē poſſunt.
⁊ hec ſunt actus exteriores nō interiores.
Ad hec valent ſupradicta in.5.li.ti.de orō
ne.ar.4.q. vtrū de neceſſitate orōnis ſit ꝙ
ſit attenta. ¶ Utrum hore ſint dicēde ſin
gule ſingilatim ſingulis horis. Reſpondet
Henr. de ganð.vbi ſupra.ꝙ ſic niſi cauſa
rōnabilis ſubſit.vnde Inno.de occupat.
dicit ꝙ conſilium eſt ꝙ ſimul dicāt horas
omnes.Et hoc obſeruat papa ⁊ cardiales
q̄ꝛ dictis horis habent multa negocia ex/
pedire:⁊ melius eſt preuenire q̄ꝫ preueniri
Nec ſic intelligendum eſt illud ſimul. ita
ꝙ dicāt etiā completoriū i mane: ſꝫ horas
omnes vſq̄ꝫ ad veſpas. veſpas aūt ⁊ com
pletorium dicant ante cenam:ſi etiaȝ non
magna neceſſitas vrget dicendum ē ma/
tutinum ſegregatim de nocte:⁊ maxime in
hyeme:vel ſaltem in mane cum prima.
¶ Quid de infirmis.dicit Inno.c.volentes.
ꝙ infirmi excuſant̄ a dicendo:ſi pbabilit̄
videt̄ eis obeſſe:⁊ etiā ab audiēdo ſi nō
habent q dicant in coꝝ pñtia. ¶ Quid de
religioſis. Rn̄deo religioſus non tenetur
ad horas rōne qua religioſus. vt patet in
religioſis laycis:ſꝫ quia ordiatus ē i ſacris
vel etiā ex ſtatuto religionis:poſſunt om̄s
clerici obligari etiā non ordinati. ¶ Quid
de clerico ſeculari ſtudēte in theologia. Rᵒ
ſꝫ Henr.ð ganð.vbi.ſ̄.tenet̄ dicē horas
ſuas canonicas ſm̄ moduȝ cōſueti eccle
ſie:niſi aſſit cā legitima: ex qua q̄tum ad
modū abſoluit̄ rōne ſtudij in quo recom
penſat:nō abſoluit̄ aūt ſimpˡr a dicēdo.vn̄
Innocē vbi.ſ̄.dicit clerici cuiuſlibet ordis
⁊ prelati poſſunt ex cā ab officijs que i ec/
cleſia dicuntur abeſſe:⁊ debent q̄to meli⁹
poſſunt horas canonicas dicere:abſq̄ꝫ ſin
copa ⁊ defectu.qð ſi fiat ex craſſa ignorāª
eſt mortale. ¶ Nota tamen ſm̄ Roð.ti.de
apo.circa finem:ꝙ propter ſtudij occupa/
tionem vel viationem: non excuſat̄ quis
a dicēdis canonicis horis. Nec ſuper his
ꝓpt̄ talia diſpenſare pōt ep̄s vl̄ archiep̄us
cū clerico ſuo:nec abbas cū ſuo monacho
¶ Quid ſi is q tenet̄ officiū dicē p̄termittat

aliqd de officio. Rndet Hen̄r. de gād̄ q̄libʒ
ſuo ꝙ talis ſi in choro cantet cū alijs ⁊ le
gat: ⁊ totaliter nō dicit verſiculum vel ali
quod talium: credo ꝙ non tenet̄ repetere
ſm ꝙ dicit Innocen. ibidem. Similiter ſi
aliquis non ex malitia ⁊ cum legitima cā
non interſit fini horarum vel ꝑncipio non
oportet ſm Henr. de gand̄. vbi ſupra ꝙ a
capite incipiat: vel finem perficiat. Et hoc
ꝓpter vinculum charitatis reſpectu cuius
id quod ab alijs fit: qui ſunt vnum corpꝰ
cum eo ab eo reputatur factum: ſicut cum
vnus chorus dicit vnum verſum: ⁊ alius
alium reputat̄ quilibet totum dixiſſe. Se
cus autem eſt ſi chorus in ꝑncipio multū
ꝓceſſit: vel multum de fine reſtat. tunc eni
tenet̄ ſupplere vel incipere. h̄ Henr. vbi. ſ.
Similiter dici poteſt ꝙ ſi quis ī officiādo
in choro cuʒ alijs ex neceſſitate aliqua ali
quem pſalmū vel lectionem intermiſit: vel
aliud tale quod non poteſt omiſſuʒ ſupplē
niſi ſubtrahat auxilium choro in canēdo
melius eſt tantillum ptranſire q̄ꝫ officium
chori diminuere. qꝛ eccleſia non precepit
determinatum numerum taliū: ſed ē ꝯſue
tudo in his varia diverſoruʒ. Similiter ſi
ſi qs omittat aliquam horam ex īduſtria
ſine neceſſitate mortaliter peccat: ſecus ē ſi
ex oblivione. qū tamen illam negligentiaʒ
recolit. tenetur ſupplere illud vel qḋ omiſit
vel aliud equivalens: ſed primum credo
melius. Item quia non eſt aliquis modꝰ
ſpālis officij ad quem omnes teneantur.
Credūt aliqui ꝙ qui ex aliqua neceſſitate
horas ſm eccleſie ſue formam non diceret
equivalens tamen ꝑ pſalmos vel dn̄icam
orōnem recompenſaret: mortaliter nō pec
caret. Item in conſti. nico. ex̄. de cele. miſ.
dignum. habet̄ ꝙ clerici tam religioſi q̄ꝫ
alij cardinalium ep̄orūʒ commenſales do
meſtici poſſunt ſe in divinis officijs coapta
re. ¶ Utrum ſcholaris q tenet̄ horas ca
nonicas dicere dimittens eas dicere vna
die ꝓpter ſtudium ⁊ lectiones: ex ꝓpoſito ⁊
ſpe dicendi alio die peccat mortaliter. Rꝰ
ſm Henr. de gand̄. in q̄olibus de quolibʒ.
ſi dimittat hoc abſqꝫ legitimo impedimēto
eſt craſſa ignorantia ⁊ peccat mortaliter.
⁊ ideo queſtio querit vtrum ſtudiuʒ poſſit
eſſe ita legitimum impedimētum omittēdi
horas: ſicut eſt gravis infirmitas. Et ideo
eſt dicendum ꝙ ſi clericus habet talem ne
ceſſitatem ſtudij ꝙ dicendo horas iminēt
crimen ⁊ ſcandalum mortale: cui pōt oc-
currere ꝑ ſtudium dimittendo horas nec
illam neceſſitatem potuit previdere rōna-
bili cōiectura: nec per conſequēs ꝑvenire.
tunc non peccat omittendo horas. qꝛ licet
dimittere de ſe ſit peccatum: tamen ꝓpter
maius malum vitandum: amittit rōnem
peccati. plus eniʒ tenet̄ occurrere ſcādalo
ad quod tenetur ex divino ꝑcepto: q̄ꝫ dicē
horas ad quod tenet̄ ex conſuetudine vel
ex edicto eccleſie. vnde in hoc pōt eccl'ia
diſpenſare non in ꝑmo. imo peccaret dicē-
do horas: ⁊ non occurrendo illi ſcandalo
⁊ diſcrimini. Et hoc dicit cōcilium toletanū
⁊ habet̄ de conſe. diſ. 4. c. duo. ⁊ di. 13. duo
mala. Si autem non ſit talis neceſſitas: ſꝫ
pōt dimitti lectio aut ſtudium ſine tali diſ
crimine ⁊ ſcandalo mortali: aut potuit pre
videre rōnabili coniectura: quod venturū
erat: ⁊ ꝑvenit̄ dicēdo horas tūc omittēdo
dicere peccat mortaliter. ſi tm̄ edictū eccl'ie
obligat ad mortale de dicendis horis. qꝛ
ſemꝑ eſt craſſa ⁊ negligēs ignorantia ī di
mittendo ea: ad q̄ tenet̄ qs ſub pena mor-
talis pc̄ti. ¶ Cuius eccl'ie officiū dicet pre
bendatus in duabus eccleſijs. Rꝰ cū erit
p̄ns ī aliqua illaꝝ dicit officiū eiuſdem. cū
vero erit abſens ab vtraqꝫ: videt̄ ꝯveniēs
ꝙ dicat officiuʒ illiꝰ in q̄ obtinet maiorem
dignitatē. Si vō ſit ſimplex canonicꝰ ī vtrā
qꝫ: dicat officiū eccl'ie dignioris. ſi vō ſint
eq̄lis dignitatis: cuiꝰ officiū dicē vult pōt
h̄ Tho. ī quolibʒ. ¶ Utrꝝ cleric̄ bn̄ficiatꝰ
exn̄s in ſcholis teneat̄ dicē officiū defun-
ctoꝝ. Rꝰ cleric̄ bn̄ficiatꝰ eo ip̄o ꝙ eſt bn̄-
ficiatus tenet̄ dicē horas canonicas: ſed
īq̄ꝫtuʒ bn̄ficiatus eſt in hac eccl'ia: tenet̄
dicē ſm modū illius eccleſie. Sciēdū autē
ꝙ officiū mortuoꝝ qn̄qꝫ dr̄ in eccleſia ſic
ꝑcipit ordinarius ptinēs ad officiū eccl'ie:
ſicut in die aīaꝝ: ⁊ in q̄libet eccleſia ē con-
ſuetudo ſpālis ſup h̄: puta ī aliq̄ ꝙ ī q̄libʒ
ebdomada dicat̄ ſemel officiū mortuorū:
vel aliter ſm certū tp̄s: ⁊ ad h̄ tenet̄ q̄libʒ
bn̄ficiatus ī aliq̄ eccleſia ēt ī ſcholis exn̄s.
⁊ ꝑ h̄ ſatiſfacit mortuis: quoꝝ recipit bn̄-
ficia. Aliqn̄ vō dr̄ officiū mortuoꝝ in ali
qua eccl'ia extraordinarie ꝓpter aliquā cām
emergentē: vt ꝓpter ꝑces alicuiꝰ ꝑſone vel
hꝰ. Et ad h̄ nō tenet̄ clericus exn̄s ī ſchol'
h̄ Tho. in quolʒ. ¶ Quid de ſuſpenſo degrā
dato ⁊ excōicato. Rndet Rod̄. ti. de apo.
circa finem ꝙ tales ſi ratiōe ordinis ſacri
antea tenebant̄ ad horas: tenent̄ ēt poſtea
q̄ꝫdiu retinent beneficium. nō enim fiunt

imunes ab his q̄ ſunt iuris ꝓpt̄ ſuū pctm̄ nō debent tamen officiare eccliam in ſuo ordine. Sed cum ſuſpenſus vel degradat⁹ dicit horas ſolus vel cum alijs nō officiā do eccleſiam: nō debet dicere dn̄s vobiſcū vel ſimilia verba ad dignitatē pertinentia Excōicat⁹ vero nō debet dicere horas cū alijs: q2 nō eſt ei cōicanduꝫ. ¶ Sed quid ſi tali preciperet prelat⁹ ꝙ non dicēt horas etiam priuatim. R̄ndet Rod. ibidem ꝙ in tali mandato cōtineret̄ expreſſe error: vn̄ ille non tenētur obedire: niſi hoc fieret cuꝫ cā.ſ. in odium ⁊ horrorem criminis perpetrati. ¶ Utrꝫ in ſacris cōſtituti: vel etiam beneficiati omēs teneant̄ quotidie dicere miſſam vel audire. R̄ndet Henri. de gād. in q̄onibus de quolibꝫ. ꝙ nullo iure obligatur aliquis ad dicendū vel audienduꝫ oi die miſſaꝫ: ſ3 tn̄ p̄cipit̄ hoc oi dn̄ico die etiam laycis. extra de cōſe. di. i. miſſas. ſed qd̄ nō p̄cipit̄ omni die facienduꝫ reliquit̄ cōſcie ſingulorꝫ: cuius ſolus deus in h̄ pōt eſſe iudex vt patet.

## ¶ De ſacramento ordinis ti. 2°.

Poſtea cōſideranduꝫ eſt de ipſo ſacro ordinis. ⁊ p̄ in ſe. 2° quis pōt ordinare. 3° de ei⁹ collatōe. 4° de ordinandorꝫ qualitate. Circa primum queritur quid eſt ordo. 2° quot ⁊ qui ſunt ordines. 3° de diuiſiōe ordinum in ſacros ⁊ non ſacros. 4° de eius effectu ⁊ virtute. ¶ Circa p̄mū ſciendū ꝙ ordo ſm ꝙ hic ſumitur eſt ſ3 Hu. de ſanc. vic. ſignaculuꝫ quoddam in quo ſpūalis poteſtas ⁊ officiū tradit̄ ordinato. Et ſtat ibi ſignaculū ſm Pe. 4°. diſ. 24. q. 2. arti. i. q. 2. c. p exteriori ſigno vel inſtrumento Secundū Bon. 4°. diſ. 24. p. 2. dubi. circa lrām. q. 7. vero ſtat ibi ꝓ interiori ſignaculo in aīam diuinitus ipreſſo.

Circa 2m ſciēdū ꝙ ordines ſūt. 7. vt h̄r p magr̄ꝫ ſen. 4. li. di. 24. c. i. ſ. hoſtiariat⁹. lectorat⁹. exorciſtat⁹. acolitat⁹. ſbdiaconat⁹. diaconat⁹. ⁊ p̄ſbrat⁹ Ipſe nāqꝫ finis iponit neceſſitatē his q̄ ſūt ad finē: ⁊ idō numer⁹ ⁊ ſufficiētia ordinum ꝯgrue pōt ſumi ex fine. Ordo aūt ordiat̄ ad corp⁹ xp̄i verꝫ ꝯficiendū: ⁊ diſpenſandū ad vtilitatē corpis xp̄i myſtici. vn̄ in ſacerdotio eſt ſtatus in q̄ eſt pfectio ptātis. vnō in eo cōcurrit vtraqꝫ ptās. ſ. ꝯficiēdi corp⁹ xp̄i verū: ⁊ abſoluēdi myſticū. Hic autem ordo nobiliſſim⁹ debet habere ordines ſibi miniſtrantes ſibi ſm exigentiam duplicis ptātis. vn̄ qdā miniſtrāt ſibi q̄tū ad corpus xp̄i verꝫ. ⁊ hi ordines ſ̄t ſibi ꝓpīqores ſ. ſubdiaconat⁹ ⁊ diaconat⁹. Subdiaconatus. n. mām ſacri ſumit a p̄ſbr̄o: ⁊ offert diacono. Diacon⁹ vō offert p̄ſbro: ⁊ p̄ſbr dō ꝯſecrādo. Et inde eſt ꝙ ſic noiant̄ vt dicit Iſi. dr̄. n. diacon⁹ q̄ſi miniſter: ⁊ ſubdiaconus q̄ſi ſubminiſter. Alij aūt ordies iferiores deſeruiūt diſponēdo corp⁹ xp̄i myſticū ad digne ſumēdū corpus xp̄i verꝫ. Et hoc vel ipedimētū remouēdo: vel auxiliū conferendo. Impedit aūt q̄tū eſt in ſe malus hō: ad quē excludendū ordinat̄ hoſtiari⁹ ⁊ etiā diabolus: ad quē expellendū ordiat̄ exorciſta: Cōfert vero auxiliū illuminatio itellect⁹: ⁊ iflamatio effect⁹. Ad p̄m ordiat̄ lector: ad 2m acolit⁹ cereū ad excitatōeꝫ deuotōis deportās. Preeminet aūt vn⁹ ordo alteri. ſm ꝙ magis de ꝓpīo ordiat̄ ad ſacramētū eucharīſtie. vn̄ oib⁹ alijs p̄eminet ordo p̄ſbratus: deide diacōatus poſtea ſubdiaconat⁹. Int̄ minores vō p̄eminet acolitatus: q h3 miniſteriū ſup vaſa: in qb⁹ mā ſacri ꝯtinet̄ q̄tū ad vinū. Deide exorciſta q cooparat̄ ſacerdoti q̄tū ad actū ei⁹ ſcōariū q eſt ligare ⁊ ſoluē: p quē hō totalr̄ a ſeruitute diaboli liberat̄. deide lector q cooparat̄ diacono q̄ ad actū eius ſcōariū. ſ. legē euāgeliū. Eſt. n. lector: ſ legē vetus teſtm̄. vltio ē hoſtiarius: cui⁹ ē admittē vel nō admittē in tēpluꝫ. ⁊ ſic p3 p̄eminētia ⁊ ordo ipoꝝ. ¶ S3 obijcit̄ ⁊ vr̄ ꝙ ordines ſūt. 9. q2 di. 2i. clericos. ⁊ eſt ſumptū ab Iſi. 7. ethi. c. 12 ꝯnumerant̄ p̄dictis. 7. ordinib⁹ alij duo. ſ. pſalmiſtatus ⁊ ep̄at⁹. R̄o ordo ſumit̄ multipliciter. aliqñ. n. noiat ipaꝫ mutuā ordiatorum inter ſe relatōem: q̄ eſt iter p̄latos ⁊ ſubditos. aliqñ officiū cui dr̄ ordo cantorꝫ vel pſalmiſtatuū. aliū dignitatē vt ordo ep̄orꝫ. aliqñ ptātem ſacr̄alem vt ordo p̄ſbyterorꝫ ⁊ diaconorꝫ. aliqñ ſtatum religiōis vt ordo monachorꝫ. Dicendū ꝗ ꝙ pſalmiſtat⁹ nō eſt ordo ꝓpīe dictus. ſ. put ordo dicit ptātem ſacr̄alem. q2 nō dicit officiū cui debeat ſpūalis ptās ſacr̄alis deputari: ſ3 tn̄ eſt annexus ordini. pſalmiſta. n. ⁊ cantor pro eodē reputāt̄. vt p3. 22. di. pſalmiſta ⁊ cantor. pſalmiſte. n. eſt nō tn̄ pſalmos cātare: ſ3 etiā alios cātus armonicos lectōib⁹ iterſerere ad h̄ vt auditores ad dei laudē ⁊ lectōis auditōem excitent̄: vt ĩ audiēdo nō attēdient̄. In h̄. n. ꝙ ad dei laudeꝫ excitat

cum h ſit cōiter totius chori: non oꝫ ad h
aliquē ordinē deputari. In hoc vero ꝙ ex
citat corda ad audiendū ⁊ ꝑcipiēdū ſenſū
quē lector ꝑdicat eſt officiū annexū officio
ſiue ordini lectoris. Et ſic pꝫ ꝙ ſtricte ſu-
mendo ordinem ꝓut de eo hic loquimur
pſalmiſtatus nō eſt ordo. ſed ſi extendat
nomē ordinis ad officium annexū ordini
⁊ ꝙ ꝑncipaliter ⁊ ſpāliter ꝯuenit ordiatꝭ
ſic eſt ordo. Et ſm has duas vias diuerſi
ficant̄ auctes doctorū. De epatu vero di-
cendū ꝙ ſimiliter nō eſt ordo ꝓprie dictus
ſ. ꝓut ordo dicit ptātem ſacralem. ptās .n.
ordinis vt dictū eſt ꝑncipalit̄ ordinatur
ad diſpenſatōeꝫ ſacroꝝ: ⁊ marie corꝑis
xpi. ⁊ ideo eſt ibi ſtatus graduū ⁊ ordinū
aſcēdentium: ⁊ ita vltra ſacerdotiū nō eſt
gradus ordinis. Sed tamen intra hunc
gradum ⁊ ordinem contingit eē diſtictōꝫ
dignitatū ⁊ officioꝝ: vt archipreſbr̄ epūs
⁊ ſupra. Et ita epatus ꝓut ꝯcernit ordinē
ſacerdotij dici pōt ordo: ſed ꝓut diſtiguit̄
contra ſacerdotium dicit dignitatem q̄dā
vel officium ſibi annexum. Et ſic dicendū
eſt ꝙ epatus preciſe loquēdo nō eſt ordo.
ſed ordinis eminētia. vel dignitas q̄ ſemp
manet cum ipſo caractere ordinis: etiam
ablata omni iuriſdictione: vnde ibi nō im
primit̄ nouus caracter: nec noua poteſtas
datur: ſed ptās data. ſ. ligandi ⁊ ſoluendi
ampliatur. In cuius ſignū baculus paſto
ralis ei porrigit̄. vnō ſicut collatio pallij n̄
dat ordinē nouum archiepō vltra epum:
ſic nec collatio baculi nec annuli vel mitre:
vel alicuius ſimilis vltra ſacerdotem. talia
n. ſūt potius ſacr̄alia q̄ ſint ſacr̄a. h Boñ.
4°. diſ. 24. p. 2. q. 2. ar. 3. c. ⁊. c. 3ᵐ. Quidaꝫ
vero innitentes verbis Diony. c. 2. ecle. hie
rar. ⁊ Iſi. 7. ethimo. c. 12. ⁊ canonis diſ. 21.
cleros. dicūt epatū eē ꝓprium ordinem. Et
ꝓ eis pōt adduci talis rō ſm Sco. 4°. diſ.
24. q. vnica. ar. 2. in pn̄. Epō inq̄ꝫtum epūs
cōuenit quedaꝫ ptās. illa aūt ptās aut eſt
ordinis: ⁊ tūc hētur ꝓpoitū. aut iuriſdcōis
⁊ tūc poſſet auferri p ſupiorem: qd videt̄
icōueniēs. q2 cōſecratio aliqua etiaꝫ mlᵗ
to minor ꝯſecratōe epi non pōt tolli quin
ſemel ꝯſecratū manet ſp ꝯſecratum. ex̄ de
cōſe. aque. in glo. Alij vō dicūt vt ꝑdictū
eſt ꝙ epatus nō ē ordo ꝓprie dictꝰ: nec ibi
impmit̄ caracter. ⁊ ꝑdicti auctores ſumūt
ſacr̄m ꝓ ſacr̄ali: quod ſi ita ē: vane alt̄cāt̄
inter ſe ſm Sco. vbi. ſ. ar. 2. vlt̄ medium.
¶ Utrꝫ epatus ſit delebilis a papa epm de
ponente: vel nō delebilis ꝓpter conſecratōꝫ
cum qua confertur. Videtur ꝙ non. quia
omnis iuriſdictio in eccleſia per ſuperiorē
pōt ad tempus ſuſpendi: ⁊ etiaꝫ ſimplr̄ ꝓ
oī tpe tolli.

c Irca 3ᵐ ſciendū ꝙ ordo diſtiguit̄
i ordines ſacros ⁊ nō ſacros. Dr̄
aūt ordo ſacer duplr̄. vno mō ſm
ſe ⁊ ſic q̄libet ordo ē ſacer cū ſit quoddaꝫ
ſacr̄m. Alio mō rōne mā̄e circa quam hꝫ
aliquē actū. Et ſic dicit̄ ordo ſacer: qui hꝫ
aliquē actū circa aliquā rem conſecrataꝫ
⁊ ſic ſunt tm̄ tres ordines ſacri. ſ. preſbr̄ ⁊
diaconus: q habet actū circa corpus xpi:
vel ſanguinē ꝯſecratum. Et ſubdiaconus
q habet actum circa vaſa conſecrata. ⁊ iō
eis etiā indicit̄ continentia: vt ſint ſancti ⁊
mundi: q tractant talia ſm illud Iſa. ſij.
Mundamini qui fertis vaſa dn̄i.

c Irca 4ᵐ. ſ. effectū ⁊ virtutē ſacr̄i
ordis q̄rūt̄ plr̄a. vtrꝫ. ſ. ad ſuſceptō
nem ordinis ꝑexigat̄ gr̄a gratum
faciens in ipō ſuſcipiente. Rᵒ ꝙ ſic. ſ. ó cō
gruitate ad h vt digne ſuſcipiat̄ ꝓpter qd
dr̄ Leui. 21. hō de ſemine Aaron q hūerit
maculā nō offerat panes corā dn̄o: nec ac
cedat ad miſteriū eius. p maculā itelligit̄
ibi omne viciū. vn̄ dicit̄ di. 23. tales ad mi
niſteriū eligant̄: q digne poſſint ſacr̄a dn̄i
ca ptractare. h aūt nō pōt eē ſine gr̄a ḡtū
faciente. Non tamen ꝑexigit̄ de neceſſitate
quia ſine ea ſuſcipi pōt: licet nō digne: niſi
forte cum hō cōſciaꝫ ſuā exaīans n̄ credit
ſe eē in mortali: ⁊ tn̄ eſt q2 pn̄ia ſua nō eſt
formata. ⁊ pōt q̄nq3 ꝯtigere ꝙ p ſuſceptō
nem ſacr̄i: ſua attritio fit contritio. h Ric.
4° diſ. 24. q. 4. ar. 1. c. 3ᵐ. ¶ Utrꝫ i collatōe
ordinis cōferat̄ gr̄a gratum faciens. Rᵒ
ꝙ ſic ſi digne ſuſcipiatur. Ad idoneaꝫ .n.
ordinum execūtioneꝫ non ſufficit bōitas
qualiſcūq3: ſed requirit̄ bonitas excellēs.
vt ſicut illi qui ſuſcipiunt ordinē ꝯſtituūt̄
ſuper plebem gradu ordinis: ita ſint ſupio
res merito ſanctitatis. Et ideo ſicut ꝑexigi
tur gratia que ſufficiebat ad h ꝙ eſſent di
gni connumerari in plebe xpi. ſic cōfert̄ i
ipſa ordinatione gratie munus: per quod
ad maiora reddant̄ idonei. ¶ Suppoſito
ꝙ ſm cōiorem ⁊ veriorē opinionē i q̄libꝫ
ordine caracter imprimat̄. tūc q̄rit̄ vtrū
ille qui coactus ordiat̄ recipiat caracterē.
Rᵒ ꝙ ſic. ſi coactio ſit ꝯditōalis: vt ſi fiat
ꝯminatio mortis vel cruciatus: niſi patia
tur ſe ordiari. ar. di. 74. vbi didiciſti iſta. ⁊

di. 45. de iudeis. 7. 1. q. 1. ꝙ quidaꝫ. In tali enim caſu cum voluntas ſaltem indirecta ibi ꝯcurrat. de qua dicit Aug⁹ voluit facē quia voluit viuere. 15. q. 1. merito. Sꝫ ſi ſit coactio abſoluta: puta ſi oio inuitus tenet̄ ſub manibus ordinantis: tunc non recipit ordinē: ſicut nec in tali caſu recipit baptiſmū. extra de baptiſmo maiores circa finē. 7 diſ. 85. preſ byteros. h Ray. 7 conueniūt cum eo doc. alij. ¶ Sed nunqd tenet̄ continere: qui ſacrum ordinem recipit coact⁹ coactōe conditiōali. Rndeo quidā dicunt ꝙ ſic. qꝛ licꝫ talis nō debuerit cogi ordinē recipere: receptuꝫ tamen etiam coactus tenetur ſeruare. ar. di. 45. de iudeis. Jo. vero dicit ꝙ nō. ſi metus vel coactio ſit talis: q cadere poſſit in cōſtantem virum. extra de his que vi fiunt vel metus cauſa. platum. 7 extra de etate 7 qualitate ordinandoꝝ. ad aures noſtras. Integritas enim eſt res voti nō precepti. 32. q. 1. integritas. h Rayti. de etate. ¶ Ponat̄ ergo ꝙ nō teneatur cōtinere. quia fuit talis metus: qui potuit cadere in cōſtantem virum: nūquid utet̄ priuilegio clericali. Rndeo videtur ꝙ ſic. ſm Ray. ſi vult alias clericalit̄ viuere. ar. diſ. 32. ſi quis eoruꝫ. Et hoc verum eē credit. niſi penitus ſit obligatus ad cōtrariuꝫ actum: vt ſi duxerit viduaꝫ: aut ſecundaꝫ vxorem. di. 87. quiſquis. Uel dicendum ē alit̄. ſ. ꝙ ſi prius legitimam vxorē habuit illa ſine peccato poterit vti. Et ita itellige ſolutionem qōnis precedentis. Si vero ipa continere vellet 7 ipe nollet ꝑuilegiū clericale non haberet. ſi autem ipa nollet: quia ipe vellet q̄ſtum in ſe eēt ꝑuilegium habēt. ſi alias clericaliter viueret: vt dictum ē. ſ. ar. 27. q. 2. multoꝝ. Si vō legitimā vxoreꝫ nō hēat preciſe tenetur ꝯtinere. ar. illius. c. de iudeis. hec Ray. ibidēꝫ. ſm Rob. ꝑma ſolutio eſt potior 7 benignior 7 iō tenēda.

¶ Utrum caracter vnius ordinis ꝑſuppo nat de neceſſitate caracterem alterius. R⁹ ꝙ nō eſt de neceſſitate ſupiorum ordinum ꝙ aliquis ordines minores prius habeat qꝛ ſunt diſtincte ptātes: ſicut 7 actus ſunt diſtincti: vnde vna nō requirit aliā ī codē ſubiecto. Et ideo etiam in ꝑmitiua eccleſia aliqui ordinabant̄ in preſbros: qui prius ordines minores nō ſuſceperant: 7 tamen poterant omnia que poſſunt inferiores. qꝛ inferior ptās in virtute comprehenditur ī ſuperiori: ſicut ſenſus in intellectu: 7 dignitas in regno. Eſt tamen de congruitate. qꝛ actus pōteſtatis 7 ordinis inferioris aliq̄liter preordinatur 7 preexigitur ad actum ſuperioris: ꝓpter quod poſtea ꝯſtituit eccleſia ꝙ ad maiores ordines ſe non ingerat: qui prius in inferioribus officijs ſe nō humiliat. Et inde eſt ꝙ qui ꝑ ſaltuꝫ ordinat̄ ſm canones nō reordinat̄. ſed illud quod omiſſum eſt de precedentibus ordinibus ei confertur. diſ. 52. ſolicitudo. 7 extra de cle. ꝑ ſaltum ꝓmo. tue littere. Talis autem qui per ſaltuꝫ ordinatur: nō tantuꝫ peccat ſic ordinem contra ſtatutuꝫ eccleſie ſuſcipiens: ſed etiam executōem illius ordinis de iure nō habet. Sicut tamen ex predicto c. tue. habetur. talis in ordine ſuſcepto de miſericordia miniſtrar̄ ꝑmittitur. Et dicit de miſericordia. qꝛ ad hoc diſpenſatio reqritur. h Tho. 4⁰ diſ. 24. q. 1. arti. 2. q. 5. ca. Boñ. 4⁰ diſ. 24. p. 2. q. 1. arti. 3. c. ¶ Utrum caract̄ ordinis preſupponat de neceſſitate caracterem baptiſmi. Rndeo ꝙ ſic. qꝛ vt dicit̄ extra de ꝑſbro nō baptizato veniēs fundamento non exiſtente nihil pōt ſupedificari. baptiſmus autem eſt fundamentum: 7 ianua oīum ſacramentoruꝫ: 7 idō ſine baptiſmo nec ordo nec aliud ſacr̄m ſuſcipi pōt. hec Boñ. vbi ſup̄. c. 1ᵐ. ¶ Quid ſi quis non baptizatus credens ſe eſſe baptizatū ad ordies accedat. R⁹ talis ſi ad ſacerdotiuꝫ ꝓmoueatur: non eſt ſacerdos nec conficere pōt nec abſoluere in foro penitentiali. vnde talis in preſbrum ordiat⁹ ſi ſe deꝑhēderit ñ eē baptizatū ſm canōes dꝫ baptizari 7 iterato ordiari. ex̄ de pſ by. non bap. veniēs. Et etiā ſi in epm ꝓmoueatur 7 aliquos ordinet ordinem nō habēt Pie tamen credi pōt ꝙ q̄ſtum ad vltimū ſacramentorum effectum ſummus ſacerdos defectū ſuppleret: 7 ꝙ h latē tn̄ non ꝑmitteret. qꝛ piculuꝫ eccleſie iminē poſſet. hec Tho. 4. di. 24. q. 1. ar. 2. q. 3. c. 2ᵐ. Cui concordat Ber. ex̄ de ꝑſbro non bap. i glo. 7 ſup illō. c. aplicam. dicēs ꝙ ille pſ byteꝝ ſe eē dicebat 7 nō erat: ac ſi veꝝ ſacr̄m conficeret ſibi 7 recipiētibus illō ab eo vt credo ꝑficiebat. ¶ Utꝝ caracter ordis ꝑſupꝑōat neēario caracterē ꝯfirmatōis. R⁹ ꝙ nō. ſꝫ tn̄ de ꝯgruo. qꝛ ñ pōt qs idonee ordinē ſuſcipe: nec ei⁹ act⁹ pagē: niſi ſit confirmatus.

¶ Quis pōt ordinare ti. 3⁹.

DEide ꝯſiderādū ē qs pōt ordiare Et circa hoc ꝑmo querit̄ qs pōt

ordines cõferre.2° dato ꝙ ep̃us ſol⁹ q̃rit
in ſpeciali. vtrum ep̃us excõicat⁹.3° vtruʒ
h̃etic⁹.4° vtrũ ep̃s degradat⁹.5° ponũt q̃dã
dubia de ordinatis ab huiuſmodi ep̃is.6°
vtrũ ep̃us q reſignauit ep̃atui poſſit ordi-
nare.7° de illo clerico q recipit ordines ab
ep̃o greco.8° quis ep̃s.ſ. ꝓprius vel alien⁹
pōt ordinare 9° quis pōt cõſecrare ep̃os
10.quis pōt ꝯſecrare virgines. CIrca p̃
muʒ querunt̃ plura.ſ.vtrũ ſolus epiſcop⁹
poſſit ordines cõferre. R° p̃tãs conferẽdi
ordines pōt alicui dupliciť ꝯuenire.vl' ex
ordinaria p̃tãte: vel ex gn̄ali vel ſp̃ali cõ-
miſſione.2°° ꝯferre minores ordines pōt
q̃ntq̃ȝ nõ ep̃is ꝯuenire.ex̃ de ordi.ab ep̃o q
renũ.epi.c.i. Prio vero mõ p̃tãs ordineʒ
ꝯferẽdi quẽcũq̃ȝ ꝯuenit ſolis ep̃is. vñ Jſi.
7° ethimo.c.12. dicit ꝙ ipſe pontifex efficit
p̃ſb̃ros ⁊ leuitas:ipſe omnes eccleſiaſticos
ordines diſponit.h̃ Jſi.Huius aũt cauſa ẽ
inſtitutio diuĩa: que etiã inſtitutio patet ex
ſacra ſcriptura. q2 cum deus duo genera
diſcipulorum habuerit:quoſdã ĩ numero
duodeno: ⁊ quoſdã ĩ numero.72.p̃mos
ap̃los vocauit q̃s ſup ſe ⁊ ſup eos eccliaʒ
fundauit.ſecũdos vero ſimplices diſcipu-
los appellauit.Apoſtolis p̃mo collata fuit
poteſtas imponendi manus ⁊ conſecrãdi:
nõ aũt diſcipulis ſimplicibus. vt h̃etur ex
tex.⁊ glo. Act.8°.Et q2 apoſtolis ſuccedũt
ep̃i.diſcipulis vero ſimplices p̃ſb̃ri.vt h̃et
di.21.in nouo teſtamẽto. pʒ ꝙ auctoritas
ordinandi ⁊ manus imponendi h̃ʒ formã
eccl̃ie p̃mitiue appropriat̃ ep̃is. vñ ⁊ ap̃ls
ſcribit Thimotheo.i.Thim.5.man⁹ nemi
cito ĩpoſueris. Predicte aũt diuĩe inſtitutõ
nis fuit rõ congrua. q2 ſicut ad ſolum p̃n
cipẽ p̃tinet nõ tm̃ ordiare ĩ exercitu viros
bellatores: ſ etiã duces exercitus. ſic ⁊ ad
ep̃os ſolos:qui ſunt in ecclia p̃ncipes.non
tm̃ p̃tinet ordinare hoĩes ad certanduʒ ꝯ
fidei pſecutores audacter ꝯfitẽdo fidẽ xp̃i
qđ fit p ſacr̃m ꝯfirmatõis:ſ etiaʒ ꝯſtituẽ
duces exercit⁹ eccleſiaſtici:qđ faciunt con
ferendo ſacr̃m ordinis.h̃ Boñ.4°.diſ.25.
q.i.arti.i.c.⁊ Ric.4°.diſ.25.q.p.arti.i.c.
Utrʒ ſolus p̃ſb̃r ex ꝯmiſſiõe poſſit ordines
minores ꝯferre.Et q̃re preſb̃r ex ꝯmiſſiõe
nõ pōt etiã maiores dare: ⁊ cuius auctẽe
⁊ ꝯmiſſiõe pōt hoc facẽ. R° ſolus papa q
ſup̃ ius h̃ʒ p̃tãtem:⁊ h̃ʒ pontificalis p̃tãtis
plenitudinẽ p̃t ꝯmittẽ ñ ep̃o ea q̃ ad ep̃aleʒ
p̃tinẽt dignitatem:dũ mõ nõ h̃eant imme
diatã ad verʒ corpus xp̃i relatõem.Et iđo

ex eius ꝯmiſſiũe p̃ſb̃r ſimplex pōt miores
ordines ꝯferre ⁊ ẽt ꝯfirmare:vt ſup̃ dictũ
eſt.non aũt aliq̃s non p̃ſb̃r nec etiam p̃ſb̃r
pōt ꝯferre ordines maiores: qui habent ĩ
mediataʒ relationem ad verʒ corpus xp̃i.
ſupra quod cõſecrandũ papa non habet
maiorẽ p̃tãtẽ quã preſb̃r ſimplex.h̃ Tho.
4°.diſ.25.q.i.arti.i.c.3ᵐ. Quidam autem
dixerunt ꝙ papa pōt ꝯmittere cuilibʒ cle
rico ꝙ cõferat ordinem quẽ h̃ʒ:non autẽ
ordinẽ quẽ nõ h̃ʒ:puta diacono ꝙ ꝯferat
diacõatũ ñ aũt p̃ſb̃ratũ. Et h⁹ ſnĩe v̾r fuiſſe
Ber.ex̃ de ꝯſue.q̃to. in p̃ma glo.cui nõ ẽ
vt puto:ſed potius p̃me ſnĩe ſtandũ.

CIrca 2ᵐ p̃ queriť vtrum epiſcop⁹
excõicatus poſſit ordines cõferre
R° ꝙ ſic.ordinũ tñ executõʒ ꝯferr̃
nõ pōt.q2 eã nõ h̃ʒ:⁊ qđ q̃s nõ h̃ʒ ꝯferre
ñ pōt.i.q.i.gr̃a.⁊.c.ſtatuim⁹.7.q.7. Day-
berti. C Quid de eo q a tali ordĩes recepit
vel recipit. Rndeo ſi ignorant̃ recipit:po-
terit cum eo p ſuũ ep̃m diſpenſari ꝙ exeq
de iure poſſit.ex̃ de ep̃o qui re.c.2. Et h̃ taʒ
in ſuſcipiendis ordinibus q̃ȝ ſuſceptis. q2
dicta decretalis nõ diſtinguit.Si vero ſciẽ
ter:ſic papa diſpẽſat.Et idẽ dicit de ſciſma
tico. Ber.tñ dicit ꝙ tunc non diſpenſaret̃
cum eo.

CIrca 3ᵐ queritur vtrum epiſcop⁹
hereticus poſſit conferre ordines.
Rndeo epiſcopi heretici aut ſunt
vel fuerunt ordinati ⁊ cõſecrati in forma
eccleſie:aut nõ. Si nõ: veri epiſcopi nõ ſũt
⁊ per conſequens non poſſunt ordines cõ
ferre. Si ſic:ſunt veri epiſcopi:ſed nõ ha-
bent executioneʒ officij ſui.q2 omẽs h̃etici
ſunt ip̃o iure maiori excõmunicatõe excõ
municati: ⁊ per conſequens ab omnibus
actibus legitimis ſuſpenſi. ⁊ ideo epiſcopi
h̃etici executõem ordis ꝯferre non valent
quia eam non habent.i.q.i. Daybertum.
⁊ extra de ordi.ab epiſcopo qui renun.c.i.
in glo. veruntamen ordinem conferunt:ſi
cum intentione debitam formam eccleſie
ſeruant.diſ.19. ſecundum. aliter enim niſi
cum intentione debitam formam ſeruent:
verum ordinem non conferunt. Quantũ
cunq̃ȝ tamen ſeruent eccleſie formaʒ mor-
taliter peccãt in ordinando.quia ab execu
tione officij ſunt ſuſpenſi ip̃o iure. Jlli autẽ
qui ſcienter a talibus ordines recipiunt
mortaliter peccant:licet verũ ordinem reci
piãt.h̃ Ric.4°.di.25.q.i.ar.2.c. Utrũ h̃e
tic⁹ ordĩes recip̃e poſſit. R° ꝙ ſic de facto

non tamen de iure. vnde licet hereticus ſi ordinetur verum ordinem recipiat: tamen recipiendo mortaliter peccat. ſ Rich. vbi ſupra. c. 3º. ¶ Notandum autẽ q̄ epõꝝ hereticoꝝ quidam receperunt ordinem ep̄alem in eccleſia. i. ab epiſcopo catholico: ⁊ in fide catholica. poſtea tamẽ ſunt lapſi in hereſim vel ſciſma. quidam vero receperunt extra eccleſiam. i. ab epiſcopo hẽtico: vel ſciſmatico exiſtentes ⁊ ipſi ⁊ pdurãtes in hereſi vel ſciſmate. Eſt ergo differentia inter ordinatos a p̄mis ⁊ ordinatos a ſecundis. Nam ordinati a p̄mis ſiue ſcienter ſiue ignorãter ſi ſint alias digni diſpẽſatione tolerantur in ordinibus ſuſceptis Ad ſuperiores aũt ordines non debent ꝓmoueri: niſi neceſſitas magna vel vtilitas illud efflagitauerit: ⁊ eorum ꝯuerſatio meruerit. 9. q. i. c. 2. ⁊ 3. Ordiati vero a ſcd̃is aut fuerũt ſciẽter a talibus ordinati: ⁊ ſic nunq̄ꝫ tolerant̄. aut ignoranter: ⁊ tunc tolerãtur: ſi hoc ꝓbauerit: puta q2 erãt pueri vel abſentes qñ ordinator eoꝝ fuerit preciſus. ex̄ de his qui matrimoniũ accu. poſ. c. fi. Uel forte fuit in curia romana p̄ciſus: ſed rediens eſt mentitus. dicens ſe eſſe abſolutum. ex̄ de ſpon. cũ in apoſtolica. ⁊ 9. q. i. ordinatões. Et totã iſtam diſtinctõem intellige de epiſcopo ab eccleſia per ſñiam preciſo. hec Hoſt. ⁊ Hoſti. Nõ vero dictũ eſt de ordinatis ab hereticis. Idez puto dicendum de ordinatis a ſciſmaticis. Et cuz ordiatis ſcient̄ ſolus papa diſpenſare põt vt dic̄ Ber. ex̄ de ſciſma. fraternitati. ⁊ ar. ex̄ de elec. q2 diligentia. cũ ordinatis vero ignorant̄ põt etiã ep̄us diſpenſare.

Circa. 4m querit̄ vtruz ep̄s degradatus poſſit conferre ordines. Rº. aliq dicunt q̄ nõ. q2 degradati nõ tñ ſunt ſuſpenſi ab officij executõne: ſ etiã ſunt ſpoliati ep̄ali dignitate: vñ nõ manẽt ep̄i. Alij vero dicũt ⁊ videt̄ verius ⁊ rationabilius q̄ poſſunt ordies ꝯferre de facto non de iure: nõ tam̃ ordinũ executõem. q2 degradatio ñ ẽ dignitatꝫ ablatio: ſ ꝑpetua ſuſpenſio illius dignitatis. ex̄ de conſe ecc. in glo. Ibi. n. dicit̄ q̄ viſibilis vnctio exterior eſt ſignũ iterioris vnctõis in corde: q̃ ꝑpetua eſt ⁊ nõ põt amitti: licꝫ qñq̄ꝫ executio ſuſpẽdatur. ¶ Sz obijcit̄. q2. i. q. i. q̄ quidam. §. opponit̄ aũt. dr̄ q̄ degradat9 ep̄s ptãtem largiendi ſacros ordines nõ habz Rº ſm glo. ſ ibi dicit̄ nõ q2 nõ conferat ordinẽ: ſ q2 nõ cõfert ordinis executõez. ſ. vt licite poſſit recipiẽs in ſuſcepto ordie miniſtrare. ſ Ric. 4º. di. 25. q. i. ar. 3. c. ⁊. c. iº. ¶ Unde notanduz q̄ quedã poteſtas fundat̄ ſup ordinẽ: vt ptãs ꝯficiẽdi. q̃daz ſup ordinis eminentiaz: vt ptãs ordinãdi. quedam ſuper iuriſdictionem: vt poteſtas iudicandi vel excõicandi. quedam ſuper ordinẽ ⁊ iuriſdictionem ſimul: vt poteſtas abſoluendi in foro pniali. prima non põt auferri: ſicut nec ordo. nec. 2ª quia omis ptãs que datur cum cõſecratõe: nõ poteſt auferri. vnde etiaz inaiata cõſecrata non recõſecrantur. 3ª vero ⁊ 4ª põt auferri. Sciendũ igitur q̄ heretici excõmunicati ſimoniaci in ordine. ſciſmatici. depoſiti. ſuſpenſi. ⁊ interdicti. ⁊ degradati verũ corp9 xp̄i cõficiunt. Et veruz ordinẽ ⁊ alia vera ſacramẽta cõferunt: ſi veram formã eccle gerunt. di. 19. ſm. ⁊. i. q. i. dñs declarauit. ⁊ c. cum quidam. ⁊ de conſe. di. 4. oſtendit̄. ⁊. c. quãdo. vnd̃ taliũ ordinatões ſic facte ratae ſunt quo ad caracterem: ſed irrite q̃ ad executõez. i. q. i. ſi q̄ a ſimoniacis. Sed qñ nõ gerũt formã eccle nihil agunt. q2 cõtra eccleſiã. i. ex̄ formaz eccle nõ ẽ loc9 veri ſacrificij. i. q. i. extra catholicaz. vnde talium ordinatiões ſic facte irrite fore dicuntur. ex̄ de ſciſmaticis. c. i.

Circa. 5m quod eſt de ordinatis ab huiuſmodi epiſcopis querit̄ ponẽ caſo q̄ ſciam ep̄m meũ eẽ hẽticũ vel ſciſmaticum occultum: ꝑ ſententiã tñ non preciſum: ⁊ ipſe ad ordines me cogat nunquid ꝑmittaz me ab eo ordinari. Rº q̄ non: ſed potius ꝑmittam me excõicari. ex̄ de ſen. ex. inquiſitioni. Tales. n. executõnem ordinis quam non habent: conferre non poſſunt. i. q. 7. daybertuz. Et idẽ dico de prelato quẽ ſcio ſuſpẽſuz vel interdictũ ſ Hoſt. ⁊ Hoſti. ¶ Sz obijcit̄. q2 ſm hoc idem videt̄ etiã dicendũ de p̄lato: quẽ ſcio ꝯſtitutũ i pctõ mortali: nã ⁊ ille ſuſpenſus eſt ⁊ peccat mortaliter celebrando. ¶ Uñ videt̄ q̄ nõ hẽat ordinis executiõem. Rº verũ eſt q̄ p̄latus in mortali conſtitutus quo ad ſe non quo ad alios eſt ſuſpenſus. i. q. i. ſacerdotes. oĩs. n. pctõr miſſã canere põt preter ſimoniacum. ex̄ de ſimo. tanta. quod intelligo de officij ptãte: non de merito vite: ſaluis alijs expoſitionibus huius verbi dicendis. j. li. c. ti. de ſimonia. Et hec intelligo de prelato peccatore tolerato nõ preciſo. Secus autem intelligo de prelato ꝯſtituto in mortali nõ enormi: ſ mediocri

non in notorio de iure vel de facto. Nam enormia occulta etiaꝫ poſt pactam pniaꝫ ⁊ mediocria impediunt executionem quo ad ſe ⁊ quo ad alios. extra de renũ. niſi cũ pridẽ. ⁊ de tpe ordi. c. vltĩ. h Hoſt. ⁊ Hoſti. ¶ Quid ſi ſciam epm meum fornicatoreꝫ notoriuꝫ: vel ſimoniacũ in ordine occultũ puta qꝛ dedit pecuniam pro ordine epali: nunqd recipiam ordinem a tali. Rꝰ Hu. dicit ꝙ ſic dũ toleratur. ar. di. 28. ꝯſulẽdũ. ⁊ .15. q. vltĩ. c. vltĩ. Sꝫ Hoſt. dicit ꝙ iſti ſũt ſuſpenſi: quo ad ſe ⁊ quo ad alios. diſ. 32. nullus. ⁊ c. ꝑter hec. ⁊ .§. verũ. ⁊ maxime ſimoniaci in ordine: a quo nullo mõ debeſ ordinari. i. q. i. ſi q̃ a ſimoniacis. ⁊ extra de ſimonia. per tuas. 2. vnde ſi ordinor a tali non recipio executioneꝫ. quia ordiator non habet executionem. ex̃ de ſimo. tanta. Et qui non habet eam alij dare nõ poteſt. i. q. i. c. i. Et potius pmittam me excõicari q̃ȝ ordinari ab eo. ar. extra de ſen. ex. inquiſitioni. Hugo tamen intelligebat illud. c. ſi qui. in preciſis: vel cum ꝓbare poſſum eũ eſſe ſimoniacuꝫ: qđ non placet ipſi Hoſt. h Ray. Hoſti. ⁊ Ber. in dicto. c. per tuas. Rođ. vero ſentit in ti. de ſimo. ꝙ nõ debeo ordinẽ ab eo recipere: ſi poſſum vitare ſine ſcãdalo: ⁊ debeo me potiꝰ pmittẽ excõicari ſi ſit ſimonia manifeſta. al' ſecus ẽ. potero tamen exeq̃ ſine diſpenſatõe: vel ꝓpria ſm aliquos: vel etiam epi ordinati ſm alios. quod magis approbat Rođ. ¶ Quid ſi epiſcopus meꝰ ſit ſimoniacus in ordine: ⁊ ego hoc ignorans ordiner ab eo. Rñdeo indigeo diſpenſatione quo ad executiõem ⁊ hoc in criminis deteſtationẽ. i. q. i. ſi qui a ſimoniacis. h Ray. Hoſt. Hoſti. ⁊ Ber. in. c. per tuas. ¶ Quid ſi cogar ordinari a tali. Rꝰ recipio executõeꝫ. i. q. i. ꝯſtat. Cuiꝰ ratio eſt. qꝛ magis conſtat de volũtate coacti q̃ȝ ignorãtis. ex̃ de ſimo. ſicut tuis. Et h intelligo đ coacto ꝯditionaliť: ⁊ p metũ q̃ caderet in ꝯſtantem virũ. Naꝫ coactus abſolute nõ recipit executõnem. extra de baptiſmo maiores. ⁊ de his q̃ in ſacris. di. 50. pſbros. h Ray. Hoſt. ⁊ Hoſti. ¶ Aliq̃ tñ dicunt oppoᵐ. qꝛ ordinãs nõ hꝫ executionem. ⁊ huius ſententie eſt Rođ. ti. de ſimo. Facilius tamen vt dicit cum coacto diſpenſať: q̃ȝ cum ignorante. ¶ Sꝫ nũqd talis. ſ. ſimoniacus in ordine eſt ſuſpenſus quo ad iuriſdictionẽ: ſicut quo ad ordinũ executionem: ita vt non poſſit aliquem excõicare: ſicut non poteſt executõeꝫ ordinũ dare. Rñdit Rođ. ꝙ talis tñ ad ea que ſunt ordinis p ſimoniam obtenti: ẽ ſuſpenſus. ⁊ non q̃ ad ea que ſunt iuriſdictionis cum pene non ſint extendende. ¶ Quid ſi ſciaꝫ vel credam meum epm ſimoniacũ in collatione ordinuꝫ ſiue beneficioꝝ. Rꝰ laborabo pro poſſe acquirere licentiã ab eo ꝙ mihi liceat ordinari ab alio: quam ſi non det: ⁊ ad ordines me cogat: ſecure ordinabor ab eo q̃ȝdiu toleratus fuerit: nec preciſus: ⁊ crimẽ fuerit occultum. Nec obſtat ſi mihi repugnat conſcientia. quia eſt erronea. diſ. 14. veruꝫ. ⁊ .ii. q. 3. cui ẽ illata licet ſit ar. ꝯ. ff. de liberali cauſa. l. igitur. §. i. Nec etiam obuiat auctoritas illa ſcilicet omne qđ fit contra conſcientiam edificat ad gehennam. vt diciť. 28. q. i. §. ex his. qꝛ illud debet intelligi de eo qđ fit contra conſcientiam informatam ꝑcepto vel ꝓhibitõne: vel quod fit contra conſciaꝫ nõ erroneam: vt dictuꝫ eſt. h Hoſt. ⁊ Hoſti. ¶ Sꝫ videtur manifeſte obſtare illud. extra de ſimonia per tuas. 2. Ad quod dicendum ꝙ monachus ille non cogebatur ordines aſſumere. ſed querebat an ab epo quem talem eſſe ſciebat ordines aſſumere poſſet cui papa rñdens magiſ ꝯſiderauit factuꝫ ſcilicet difficultatem ortam in conſcientia monachi: ⁊ errorem impreſſum. q̃ȝuis q̃ſi pro modico haberet papa monachuꝫ illũ non promoueri ad ordines ſuperiores eo ꝙ non in ſublimitate graduum: ſed ĩ amplitudine charitatis acquiritur regnũ dei. ex̃ de tpe ordi. ad aures. h Hoſt. ⁊ Hoſti. vnđ papa potius conſulendo q̃ȝ ꝑcipiẽdo dicit ꝙ ille monachus nõ recipiat vlteriꝰ ordines ab illo epiſcopo queꝫ audierat eẽ ſimoniacum cõtra conſcientiam: niſi depo nat eam primo. Et ſm ꝙ videtur p lr̃am ille epiſcopus nõ erat ſimoniacus ĩ ordĩe h Ber. in đ. c. p tuas. Aliq̃ vero ſic diſtinguũt. ſ. cũ aliq̃s ẽ ordinatꝰ a ſimõiaco aliť q̃ȝ in ordine. Aut ille ſimoniacꝰ ẽ occultꝰ: vel pene occultꝰ. ⁊ ſic recipit executõeꝫ. qꝛ talis ſimoniacus eſt ſuſpenſus tñ q̃ ad ſe. Aut eſt notoriꝰ: ⁊ tũc aut recipit ſciẽter ⁊ volũtarie: ⁊ ſic nõ recipit executõem ſine diſpẽſatõe pape. Aut coactꝰ ⁊ ignorant ⁊ ſic recipit. Quidã tñ dicũt ꝙ oĩs ſimõiacꝰ ẽ ipo iure ſuſpenſus. ar. i. q. i. repťũť. ⁊ c. quibuſdã. cuiꝰ ſnĩe videť eẽ Ber. ex̃ de ſimo. p tuas. 2. ⁊ ar. ex̃ de accu. inq̃ſitõis. niſo. i. Et ſm h oẽs ordiati q̃cũq̃ȝ mõ a quocũq̃ȝ ſimoniaco carent executõe.

laycis in feudum vt eam defenderent ⁊
adhuc coꝝ ſucceſſores poſſidēt eas. iſta
vero cauſa ceſſante ꝓhibituꝫ fuit expreſ
ſe ne decime laycis in feuduꝫ dari poſſēt
ſicut nec alia eccleſie bona. extra. eo pro
hibemus. ⁊ de his q̄ fi. a prela. cum apo
ſtolica. ⁊ extra de feudis. c. i. Fructus tñ
decimaꝝ layco ꝯcedi poſſet ex cauſa ad
vitam ei⁹. ſicut etiam vendi poſſet ad tē
pus. extra ne prelati vices ſuas. c. vltimo
non tamen cōcedi poſſet in feuduꝫ quia
feudum tranſit ad heredes. ſꝫ decime nō
extra. c. Ad hec. Jus vero pcipiendi de
cimas ſm̄ Ber. non poteſt cōcedi laycis
nec in feudum nec ad tempus. ſꝫ nec vn
ꝗꝫ potuit quia eſt mere ſpūale q̄ꝺ in lay
cum non cadit ſꝫ ꝯpetit tñ ei qui ſpiritu
alia tribuit. iz. q i. §. is ita. hec Ber. extra
c. quāuis. ⁊ plra alia de hac materia. aliꝫ
diſtingunt ſicut Jo. Tan. Ray. ⁊ Hoſt.
ꝙ decime debent eccleſie duplici rōe vl'
iure p̄mo intuitu diuini obſequij in eis p̄
ſtiti. extra. c. nouuꝫ. ⁊ hoc ius cum ſit me
re ſpūale non cadit in laycum. extra de in
ſti. c. z. ⁊ de p̄ſcript. cām que. 2° vt in ſi
gnum vniuerſalis dn̄ij. extra. c. tua nob.
⁊ hoc iure cum ſit ciuile poſſunt decime
layco ꝯcedi. non quo ad ꝓprietatem ſed
quo ad fructuum pceptōem ⁊ ad temp⁹
non imppetuū. ⁊ ita ꝙ nō tranſeant ad
heredes. vt pꝫ extra. c. ad hec. ⁊ hoc fiēi
pōt cā pietatis ⁊ ſuſtentatōnis pſone. di.
zz. ſi qui vero. Aliꝫ v̄o dicunt ꝙ nūquā

decime dari potuerunt laycis in feudum
etiã quo ad ius tꝑale ſiũ ciuile ita ꝙ trã
ſirẽt ad heredes.tunc eniꝫ intelligitᷣ ius
ſpũale penes eccleſiã reſidere ſicᷣ ãt corꝰ
ſine aïa non poteſt viuẽ ita nec ſpiritua^a
ſine tꝑalibus poſſunt cõſiſtere.i.q.i.ſiqs
ꝓbendas.⁊ extra.c.ad hec. Etſi aliquod
ius videtᷣ cõtradicere intelligitᷣ de ↄceſſi
one q̃ eſt de facto nõ de iure.ita dicit ray.
⁊ alexã.an.ʒº.t.z.c.de decimis.q.ʒ.ar.i.c.
i.ad oppoſitũ.⁊ hoc videtᷣ ſentire hoſ.e.x̃.
c.q̃uis.⁊ videtᷣ expſſum in.d.c.ad hec.
Sʒ his ſm alios rñderi poteſt ꝙ ius ſpi
rituale nõ inutilitᷣ remanet penes eccliãꝫ
exquo ei vaſallꝰ debitũ ſeruitiuꝫ reddit.
Inno.aũt extra.c.ad h̃.dicit ꝙ nõ lꝫ cõ
cedere decimas i feudũ nec i emphitheo
ſim nec in locatõem ad longuꝫ tempꝰ ar
gumẽtuꝫ de rebꝰ eccl.nõ alie.ad firmam
Ad certũ aũt tps ↄcedi poſſunt.extra de
loca.⁊ ↄdu.c.z.Quid ſi laycꝰ detinẽs deci
mas i feudũ velit eas in aliũ laycũ trãſ
ferre.nũquid poterit h̃ de ↄſenſu epi facẽ
Rñdet hoſ.e.x̃.c.ꝓhibemus. ꝙ ſatis vᷣ
ꝙ poſſit ei in feudum de ↄſenſu epi dare
ſicut ipe hꝫ.Nec vᷣ eps tunc eas in feudũ
dare ſic intelligitᷣ illud.e.x̃ de feu.c.z.Si
ṽo aliquis poſſidet eas de facto nec i lay
cuꝫ nec in clericũ poteſt eas ẽt de ↄſenſu
epi trãſferre.vt pꝫ e.x̃ de his q̃ fi.a pla.cũ
aplica.in fi.⁊ extra.c.ꝓhibemꝰ. Aliq tñ
ↄtradicunt.vt pꝫ ibi. quoꝝ opio eſt tu
tior ſm hoſti.in glo.ibidẽ.Pone ꝙ aliqs
laycꝰ habeat decias quas vult dare reli
gioſis ſiue exemptis ſiue aliẽs ⁊ iõ ſe hrẽ
eas ab illis in feuduꝫ p inſtrm fingit. vt
ſic quaſi reſtituat ipas eiſdẽ ſine ↄſenſu
epi.nunquid talis fictio ꝓderit. Rº ꝙ nõ
qꝛ non poterunt eas acqrere vel recipe ſi
ne ↄſenſu epi. Poſſunt aũt talitᷣ a religi
oſis de manu layci recipi vel acqri decie
ille.que illi layco in feudum ppetuo ↄceſ
ſe fuerint añ ↄciliuꝫ lateranenſe.li.6.co.
ſtatuto.§.ſane. de illo ↄcilio habetᷣ e.x̃.d
ꝑuile.cũ ⁊ plantare. Et dicit ppetuo qꝛ ſe
cus ẽ ſi ad tps.vt pꝫ extra de his q̃ fi.a p
la.cũ aplica in fi. Quid ſi neſcitᷣ de deci
ma hꝰ quã tenet laycꝰ.vtꝝ ſit de decimis
datis añ ↄciliũ.vel de decimis de nouo da
tis poſt ↄciliũ.Rñdet Roꝺ.qſi ex tpe ex
quo nõ extat memoria laycus hꝰ ⁊ ante
ceſſores eiꝰ quiete ⁊ pacifice tenuerunt
eas recognoſcentes eam habere ab ecc^a
mediate vel imediate ⁊ reddentes debi
tum obſequiuꝫ eideꝫ eccleſie vl' aliẽ noie
eiꝰ preſumendũ eſt benigna interꝑtatiõe
ꝙ ſit de antiquis ar.di.iz.illa aũt. vbi ꝑ
ſumendũ eſt ꝙ eam teneat iuſte.hoſtien.
ṽo dicit ꝙ in tali caſu ꝑſumitᷣ ↄ laycum.
niſi habeat ratõe ſedis priuilegiũ. Quid
ſi ipe feudatariꝰ laycꝰ deceſſerit. poteſt ne
epus decimas quas ille in feuduꝫ tene
bat alteri infeudare. Rº ꝙ ſic.ſ.vel here
di eius vel extraneo ſi non habeat here
deꝫ vel etiã ſi hꝰ feudum alienatuꝫ ſit a
feudatario ita ꝙ p epm facile recupera
ri nõ poſſit epus forte põt illud alteri lay
co cõcedere qui illud recuperet ⁊ ab ec
cleſia recognoſcat argumentũ e.x̃ de feu
dis ex pte.Et ſm Roꝺ.ideꝫ poteſt ꝓba
bilitᷣ dici de illis decimiſ que tenentᷣ a lay
cis.⁊ tpe exquo non extat memoria nec
eas habere ſe recognoſcant ab eccleſia.ſ.
ꝙ epus põt eas laycis in feudũ ↄcedere
argumentũ in ꝑdicto.c.ex pte.cũ ſic p eũ
ꝓcuretᷣ vtilitas eccleſie qꝛ poſſeſſio dire
cti dñiẽ p hꝰ infeudationeꝫ reſtituetᷣ ecc^e

[C]Irca 8^m articulũ qui eſt de ꝑmi
ciẽs querantᷣ plura.ſ.vtꝝ exhibi
tio ꝑmiciarũ ſit ſub ꝑcepto. Reſ
pondeo ſicut ſupra dictuꝫ eſt de ꝑcepto de
decimis ita ⁊ hic diſtinguenduꝫ eſt de ꝑ
cepto de ꝑmiciẽs.ſ.ꝙ ſm indetermiatõeꝫ
eſt ſimplr de dictamine iuris nãlis. ⁊ eſt
morale ⁊ ſemp ſeruãduꝫ.Scõꝫ ṽo deter
minatõeꝫ ordis puta ꝙ detᷣ de ꝑmis fru
ctibus ⁊ ꝑſonis talibus. eſt.n.ꝑmicia ps
ꝑma frugũ dño ↄferenda. ſic nõ eſt de iu
re nãli.⁊ p ↄñs nec eſt ꝑceptum morale.
Poteſt.n.deus honorari vt ꝑncipium ⁊
actor honoꝝ dando ad honorẽ eiꝰ aliqd
de fructibus mediẽs vel vltimis ⁊ ꝑſoniſ
aliẽs. Non erat etiã ꝑceptum cerimonia
le qꝛ non erat datũ ꝑncipalitᷣ ad ſignifi
candum aliquid futuꝝ lꝫ ſignificaret ali
quid ↄñter.puta qꝛ ꝑmicie erant in ſig^m
rei iaꝫ facte.ſ.liberatõis ab egypto p inᷣ
fectõeꝫ ꝑmogenitoꝝ ſaluatis ꝑmogeni
tis iſrl.Erant etiã in ſignũ rei faciẽde.vt
.ſ.initiũ opeꝝ nroꝝ attribuamꝰ deo acto
ri oium honoꝝ. Erant etiã in ſignũ recu
perande celeſtis hereditatis amiſſe que
eſt ꝓpria ꝑmogenitoꝝ. Et quo ad has ſi
gnificationes dici poteſt ꝑceptum de ꝑmi
ciẽs figurale fuiſſe ante aduentũ xpi. nec
vt ſic non eſſe ſeruandũ. Erat ãt ſimplr
ꝑceptum iudiciale qꝛ datuꝫ ad vtilitatẽ
reipu. Iudicialia vero ꝑcepta aucti ecc^e

ſimplicit̃ ſunt relicta. vt ſm eius arbitriũ
ſeruent̃ uel determinent̃ vel imitent̃ ſꝫ
ꝙ expedit vtilitati cõi. Sicut ḡ dictũ eſt
ſupra de decimis q̃tuꝫ ad taxatõeꝫ ptis.
ſic ⁊ h̃ dicendũ eſt de p̃micijs q̃tuꝫ ad ta
xatõeꝫ ordinis. Erat autẽ añ legẽ ſub cõ
ſilio in lege ſub p̃cepto. Exo. xx. decimas
⁊ p̃micias non tardabis offerre. ⁊ Exo. xꝫ
p̃micias frugũ terre tue deferes in domũ
dñi dei tui. Tempore vͦ gratie ſunt ſub p̃
cepto ſm determinatõem eccleſie. detmi
nat aũt vt dent̃ ſm ꝯſuetudinẽ approba
tam. tenent̃ ḡ homines p̃micias ſoluere
vbi eſt ꝯſuetudo vel ẽt vbi indigent mi
niſtri eccleſie quib⁹ debent̃ ſi ab eis peti
tur. vñ. 16. q. 5. decimas. dicit ḡ Gregi. pa
pa opꝫ decimas ⁊ p̃micias quas iure ſa
cerdotũ eſſe ſancim⁹ ab oĩ populo accipe
re. ⁊ di. xz. p̃ter hoc. ⁊. 16. q. i. reuertimini. h̃
alex. de an. 3ͦ. t. z. c. d p̃micijs. ar. i. cũ quo
etiã ꝯuenit tho. z. zᵉ. q. 86. ar. 4. c. dicens
ꝙ talibus pſonis aut de fructib⁹ primis
hõ de reb⁹ a deo ſibi datis ad eius hono
rem exhibeat. h̃ quidam iure diuino fuit
determinatuꝫ in veteri lege in noua antẽ
lege diffinit̃ ad determinatõnem eccleſie
ex qua homines obligant̃ ad ſoluenduꝫ
p̃micias ſm ꝯſuetudineꝫ patrie ⁊ indigẽ
tiaꝫ miniſtroꝝ eccleſie. Sciẽduꝫ auteꝫ
ꝙ aliqui dixerunt vt refert ideꝫ Alexã.
vbi ſupra ꝙ p̃ceptũ de p̃micijs etĩ ſm de
terminatõem ordinis ẽ de iure nãli ⁊ mo
rale qꝛ de iure naturali ſimplicit̃ ẽ. ꝙ de⁹
ſit honorandus de ſubã ꝓpria ⁊ ante oĩa
alia. hoc aũt oñdit̃ in oblatione p̃micia
rum ſ ſe. ḡ ꝛc. vñ dixerũt ꝙ ñ ceſſauit ſꝫ
poti⁹ ampliatum remãſit. ſ. in oblatõib⁹
quotidianis que fiunt eccleſie ⁊ marie i
trib⁹ p̃cipuis feſtis. ſ. natalis dñi paſce ⁊
pentecoſtes. Sꝫ ꝯ̃ qꝛ tunc pari rõne dici
poſſet ꝙ p̃ceptum de decimis remãſit am
pliatum in poſſeſſionib⁹ ⁊ redditib⁹ ecc̃ᵉ
qui ſunt maiores q̃s erant decime veterꝭ
legis ⁊ ſic in redditib⁹ illis ſeruaret̃ p̃ce
ptuꝫ de decimis illis cũ preceptuꝫ de pri
micijs dr̃ ſeruari in oblatõib⁹ qd̃ eſt fal
ſum. id̃ dicendũ eſt ad rõnem p̃dicte poſi
tõnis ꝙ nõ ſequit̃ qꝛ ſic de iure nãli de⁹
eſt honorand⁹ añ oĩa in ordine diſtribu
tõis ſube ita ⁊ in medio ⁊ in fi. ſic in p̃n̄.
Quãdo aũt p̃micie inceperint habitum
eſt ſupra. vbi querit̃ qñ decime incepint
Cui debet p̃micia dari. R̃ñdeo ſ Ray. ⁊
hoſti. p̃ſbytero parrochiali. 16. q. i. doctos

ac ꝓbos monachos. Quota ps debet ꝓ
p̃micia dari. R̃ñdeo h̃ in libris moyſi ñ
inuenit̃ exp̃ſſuꝫ. Et hoc rõnabilit̃ ſ tho.
z. z. q. 86. ar. 4. c. ꝫ. qꝛ p̃micie dant̃ p mo
dũ oblatõis de cui⁹ rõne eſt ꝙ det̃ ſpon
te. dicit tñ Hiero. traditione maioꝝ intro
ductũ ꝙ qui plurimũ dabãt. ptẽꝫ. 40. da
bant. qui vͦ minimuꝫ. 60. ⁊ ſic int̃. 40. ⁊
60. offerri licebat ꝓ voluntate offerentis
⁊ h̃ in aridis ⁊ liq̃dis. ex̃. e. c. i. In fetib⁹
vͦ dabat̃ p̃mogenitũ. Sꝫ hugo. putans
hoc eſſe duꝝ dixit ꝙ de. 40. dandũ ẽ vᵐ
Et ſiq̃s tot capita non hꝫ ꝓportõabiliter
eſtimatio fieri debꝫ. Lau. aũt ⁊ Jo. dixe
runt ꝙ centeſimũ. hoſti. aũt dixit eẽ poti⁹
ſtandũ dicto Hiero. nõ tñ in aridis ⁊ liq
dis ſꝫ etiã in alijs qꝛ de ſimilib⁹ ad ſilia
ẽ ꝓcedẽdũ. Scd̃m vͦ Ray. ⁊ Hoſ. ẽ con
ſuetudini ſtandũ. vt. ſ. quelꝫ eccl̃ia ſuã cõ
ſuedinẽ ſuet ſi hꝫ. Etſi nõ hꝫ ad ꝯſuetudi
nem eccl̃iaꝝ vicinaꝝ recurrat que ſi di
uerſas ꝯſuetudines hẽant illaꝫ ſequatur
q̃ magis ad mediocritatẽ tendit vel q̃ a
plrib⁹ obſeruat̃. ar. ex̃ de ſepul. certifica
ri. ⁊ ex̃ de cõſue. cũ olim. in fi. vel etĩ ſm
Hoſ. illa que ẽ de ſumma minori qꝛ i illa
oẽs ꝯueniũt. vt habet̃ ex̃ de cẽſi. ex pte
⁊ de ſepul. certificari in glo. ſm tñ Ray.
ſi eccleſia tenuis eſſet nec p̃ſbyt̃ hẽret vñ
ſuſtentari poſſet illa ꝯſuetudo eligi dẽret
q̃ ampli⁹ vel ſaltem mediuꝫ int̃ illas ſol
ueret argumentum. io. q. z. ep̃s. Inno. vͦ
dic̃ extra. e. c. i. ꝙ ex quo nõ inuenit̃ exp̃ſ
ſuꝫ de q̃titate. relinquit̃ in dantis optio
ne vt det q̃tuꝫ velit niſi ꝯſuetudo regio
nis aliud inducat. Rod̃. aũt credit ꝙ vbi
ẽ ꝯſuetudo ꝙ nihil ſoluat̃ vel exigat̃ ꝓ
p̃micia nõ ſoluentes excuſant̃ a peccato
ſi tñ hi⁹ ꝯſuetudo ſine ꝯ̃dictione fuit ob
tenta a tp̃e ex quo nõ extat memoria.

C Irca 9ᵐ articulũ qui eſt de vti
litate ſolutõis decimaꝝ ⁊ p̃mici
arũ ſciendũ ꝙ dãs bñ ⁊ fideliter
decimã remunerat̃ a deo quadruplr̃. p̃
in fructuũ ubertate. zͦ in corpis ſanita
te. vñ Aug. 16. q. i. decime. dic̃ ſi decimã
dederis nõ tñ abũdãtiaꝫ fructuũ accipi
es ſꝫ ẽt ſanitatẽ corpis ꝯſeq̃ris. zͦ i pec
catoꝝ remiſſione. 4ͦ in celeſtis glie bea
titudine. vñ Aug. ibidẽ qui p̃mium ꝯpa
re aut pctõꝝ indulgentiã hr̃e deſiderat
decimã reddat ⁊ de nonẽ ptib⁹ elemoſy
nã paupibus dare ſtudeat. Qui aũt non
dat decimã a deo punit̃ multiplr̃. vnde

dñs mal.3.q2 mihi nõ reddidiſti decias
⁊ p̄micias.idcirco i fame ⁊ penuria vos
maledicti eſtis. Et Aug. 16.q.i.decime.
dicit cū dando decimas ⁊ terrena ⁊ cele
ſtia poſſis mereri. p auaritia duplicē bñ
dictionē frandas.i.ſubtrahis tibi.h.n.ē
certiſſima domini viciſſitudo vt ſi ei de
cimā nõ dederis ad decimam reuoceri.ſ.
amittēdo.9.ptes.tal.n.ē raptor. vñ idē po
ſtea ſubdit decie ex debito regrūt ⁊ q caſ
dare noluīt aliena inuadūt. Eſt etiā ſacrile
giū. vñ hiero.12.q.2.gloria.dic amico ra
pere aliqd furtū ē.eccleſiā frandare ſa
crilegiū ē.exinde aliqd ſubtrahē oīuz p̄
donū crudelitatē ſupat.Eſt et hōicida vñ
Aug.p⁹ ſupdcā vba imediate ſubdit qſti
⁊ qt paupes i loco vbi habitat ille decias
n̄ dās fame mortui fuerit. tot homicidio
ruz re⁹ erit q2 rē paupib⁹ delegatā a dño
ſuis vſib⁹ reſuauit. h ⁊ plura alia de hac
mā ponit in.d.c.decie.⁊.16.q.i.reuertimi
⁊.q.7.maiores.Ad h nõ ꝙ oēs religioſi
qñ ⁊ quotiēs poplo p̄dicabūt i pª dñica
q̄rta ⁊ vltia q̄dragesime.Et i feſtis aſcē.
pente.nati.dñi. Johis bap.aſſumptōis ⁊
nati.btē maᵉ.audientib⁹ exp̄ſſe debēt ſi re
qſiti fuerit ab eccliaꝝ rectorib⁹ vl vica
rijs aut loca tenentib⁹ eoꝝdē. necnon ⁊
his quoꝝ audiūt ꝯfeſſiōes ꝯſciaꝫ facere
ꝙ decimas ſoluāt. Etſi in p̄dicādo h ſua
dere ſcient omiſerit ſupiores coꝝ ipos p
obiaꝫ ꝗuit pūire tenēt. q vō ſcient p̄ter
miſerit facē ꝯſciaꝫ ꝯfitētib⁹ de ſoluendis
decis ab offi° p̄dicatōis tādiu ſtēt ſuſpēſi
donec ipis ꝯfitētib⁹ ſi h ſibi dicēdi faclta
tē hūerit ꝯſciaꝫ fecerit. Et exīde ſt excōi
cati.ſi p̄dicauerīt p̄dcā neglia n̄ purgata
Et h nõ extēdūt ad rligioſos mōaſterio
rū vel eccleſiaꝝ decimas recipiētiū.h oīa
hñtur in 7° de p̄uilegijs.cupiētes.

De peculio clericorum.ti.36.

P Oſtea ꝯſiderādō ē de reb⁹ clico
rū ſiū de peculio coꝝ.Et circa
h q̄rūt pl'a.ſ.qd h dr peculiū.
R° peculiū dr vno° puū pri
mōiū ſiū pua pecūia h̄ a dño l' filiofa.
a patre ꝯceſſa ⁊ ſeorſum a re dñi vl' pa
tris poſita.ff.de peculio. depoiti.§.peculiū
ſꝫ ſine pecūia dr fragile.ff.de le.3.ſi hor⁹
.§.i. Dr et 2° res pafrenal' vxoris.ff.de
iure do.ſi ego.§.dotis. 3° dr hēditas vl'
p̄rimoᵐ.C.de epi.⁊ cle.ſiqs p̄ibr.⁊ ſuit
h.vñ dr peculiū.R° a pecūia ⁊ pecūia a
pecorib⁹ q2 antiquoꝝ pecūia ſiue bona
erāt in pecorib⁹.vt dr.i.q 3.totū.⁊ tūc ni
hil poterat emi vel vēdi ſꝫ tm̄ pmutari.ff.
de ꝯhen.ēp.⁊ vēdi.l.i.Quot ſt eius ſpēs.
R° ſ leges q̄tuor.pª eſt p̄fecticiū.ſ.qd p
ficiſcit de reb⁹ p̄ris.⁊ acq̄ p̄ri q̄ ad p̄priē
tatē ⁊ vſufructū.2ª aduēticiū.ſ.qd acqri
tur de donatōe alic⁹ vl alit aliūde ex euē
tu vel p̄ſperitate fortune p̄uenit. excipe
res ab impatore vel auguſta donatas q̄
q̄ſi caſtrēſes indicāt.C.de bonis q̄ lib.cū
mlta p̄uilegia.3ª ē caſtrenſe qd.ſ.milites
in caſtris acqrunt.ff.de caſtrē. pecu.p to
tū.Sꝫ hodie tales milites nõ inueniūtur
q2 nõ h̄uāt ꝯditōes q̄s illi h̄uabant. 4ª ē
q̄ſi caſtrēſe.qd.ſ.filiuſfamilias de ſcia ſua
acqrit occaſiōe aduocatōis vel munerū
publicoꝝ.p̄bant h.C.de inoffi.teſ.l.vlt.
Sꝫ h peculiū dr tm̄ dupl'r. vno° illd qd
p̄uenit ex reb⁹ eccleſie ⁊ h dici pōt q̄dā
mō p̄fecticiū.q2 de eo cleric⁹ regulr teſta
ri nõ pōt ex.c.c.i.2.⁊.3.h ē veꝝ de imo
bilib⁹ ſ Hoſ.Nā de mobilib⁹ bonis eccᵉ
pōt cleric⁹ cognatis amicis familiaribus
⁊ paupib⁹ dare.di.86.nõ ſatis.ſiue ſit ſa
nus vt dr ibidē ſiue infirm⁹ ꝯpos mentꝫ
extra de teſta.ad h.ſiue in morte.ex.c.c.
relatū.⁊.§.l3. Alio° dr hic peculiū illud
qd p̄uenit ex artificio vel et alio° intuitu
pſone.Et h ſ alaſi.dr aduēticiū. Sꝫ dici
pōt ſ hoſt.ꝙ ē q̄ſi caſtrēſe p eo ꝙ de ipo
cleric⁹ teſtari pōt et ſi ſit in ptāte p̄ris.ex
tra de teſtis q2 nos. In h etiā peculio cle
rico ſuccedūt ab inteſtato pentes ei⁹.12.
q.i.ſint manifeſte.ſꝫ ⁊ viuēs pōt ſuā facē
volūtatē.extra de ſucceſ.ab inteſ.c.i. Re
gularit aūt tene ꝙ illd peculium eēſe h
p̄fecticiuꝫ qd cleric⁹ nõ acqſiuiſſet ſi ec
cleſiā nõ hūiſſet.ar.extra de teſta.reqſiti
.§.illud.⁊.c.i.Quid ḡ de oblatōibus.R°
Tā.dixit eas eē peculiū p̄fecticiū.ar.ibi
dē.Sꝫ ꝯ q2 rōe ordis n̄ eccᵉ offerūt. vñ
pſbytero offert et ſi nõ hēat eccleſiā.R°
nõ obſtat ſ hoſti.q2 null⁹ debeat admittē
prochianū alteri⁹ extra de proch. vt dñi
cis.Quid ḡ de oblatōe viatoris.idem ex
dit hoſti.ar.p ⁊ ꝯ.ff.de iudi.heres abñs.
Qui clerici poſſint hrē peculiū. R° qui
cunqꝫ clerici nõ renūciauerūt p̄prijs hrē
pñt peculiū q̄ſi caſtrēſe.q vō renūtiauerūt
nõ pñt extra de teſta.c.2.⁊ de ſta.mo.cūꝫ
ad monaſteriū.in ſi.q.Qui tñ p̄prijs non
renūciāt hrē poſſunt p̄fecticiū occaſione

admiſtratõis.vt pȝ ibidẽ.c.monachi.§.q
vo.Nõ peculiũ donari põt. Rñdeo donã
ri põt ⁊ int᷑ viuos ⁊ cã mortꝭ q̃ĩ caſtrẽſe
ñ ãt ꝓfecticiũ.vt pȝ ex ſupꝰdcis. Quid ſi
dubitet᷑ an ſit ꝓfecticiũ l᷑ q̃ĩ caſtrẽſe. Re
ſpõdeo ſi ñ hȝ ecclĩã pſumit᷑ q̃ĩ caſtrẽſe.
ar.C.de vſufruc.l.fi.ex q̃ ãt hȝ ecclĩã pſu
mit᷑ eẽ ꝓfecticiũ ex.c.c.i.ſ tñ glo.ibidẽ ꝯ
pſũptiõeȝ iſtã admittit᷑ ꝓbat᷑ iz.q.4.c.i.
Ad h̃ nõ ꝙ pſbr emẽs pdia de peculio ꝓ
fecticio dȝ emẽ ⁊ inſtrm̃ ſcripturã facẽ noĩe
ecc̃e nõ noĩe ꝓprio l᷑ alieno in fraudẽ.ex.c.
pſbr.Et res ſic acqſite reliq̃ debẽt ecclie
ex.c.vt vnuſq̃ſq̃.Si.n.emat alieno noĩe
ſacrilegiũ fac.ex.c.ingreſſo.vbi ſ glo.ſacri
legiũ large ſũit᷑ ⁊ tal᷑ puniẽdꝰ erit ⁊ ecclia
ſic ẽpta vẽdicare poterit.lȝ ñ ſint ſua ⁊ h̃
ẽ ſpãle in ecc̃a.vt dr̃ i gl᷑.pdcã. Si tñ cõit᷑
de rebꝰ ſuis ⁊ de rebꝰ ecc̃e emiſſet ꝓ rata
pcij diuiderẽt᷑ int᷑ eccleſiã ⁊ hẽdes ſi de h̃
ꝯſtaret.iz.q.4.c.i.vñ tũc ꝓ pte ſua dȝ ꝓ
ſe facẽ inſtrȝ ⁊ tutiꝰ ẽ ꝙ nõ faciat inſtrm̃
cõe ſȝ ſepatũ h̃ in gl.illiꝰ.c.pſbr.Itẽ ſi cle
rico poſſeſſiõeȝ l᷑ admĩſtratõeȝ ñ hñti fu
erit aliqd a ꝯgnato l᷑ extraneo datũ vel relĩ
ctũ ẽ eiꝰ peculiũ.itelligit᷑.n.ĩtuitu pꝰ relĩ
ctũ niſi ꝓbat᷑ in ꝯtrariũ appeȝ.ex de teſta.
reqſiuiſti.§.illo. Inſup ſi clericꝰ in t̃ra ec
cleſie vineã fecerit l᷑ agꝝ illũ hẽbit q̃diu
vixerit pꝰ mortẽ vero eiꝰ ecc̃e erit.Epus tñ
forte ſi vellet illã poſſeſſiõȝ alicui clico ꝓ
bñficio aſſiĝre in vita eiꝰ ꝓ ſuitijs pſtitꝭ
ecc̃e poſſet.16.q.i.poſſeſſiões.Et itellr h̃ õ
t̃ra q̃ ꝓꝰ erat ſteril᷑ quã equũ ẽ reliq̃ illis
q̃ꝝ labore fcã ẽ fertil᷑.ex de re.ec.nõ alie.
ad aures.vel de terra pꝰus culta clerico ꝓ
bñficio aſſiĝta.ex.c.ſiqs.in tex.⁊ glo.

De aliẽatõe ⁊ pcario reꝝ ecc̃e.ti.27.

D Einde qꝛ res tpales ecclĩarũ
de qbꝰ hitũ eſt ſupꝰ ñ debẽt niſi
i certꝭ caſibꝰ ⁊ ſub certa forã
diſtrahi.ĝ ꝯſiderãdũ eſt de caĩs
⁊ de forã eas alienãdi.Et ad maiorẽ huiꝰ
mãe inſtructõe ꝯſiderãdũ ẽ ñ tm̃ de aliena
tõe i cõi ſȝ ẽt i ſpãli q̃ ẽ i pmutatõe ⁊ ob
ligatõe ⁊ potiſſiẽ de illa q̃ ẽ i ꝯtͣctu pcarie.
P igr̃ videndũ ẽ h̃ qd ẽ alienaͦ ⁊ vñ dr̃. 2ͦ
q̃ pñt aliẽari ⁊ q̃ nõ. 3ͦ de forã alienãdi
res ecc̃e. 4ͦ de pena male alienantiũ res
ecc̃e. 5ͦ de pena recipiẽtis res ecc̃e ꝯ debi
tã formã. 6ͦ p quẽ ⁊ q̃lit᷑ res ecc̃e aliena
ta ꝓter formã iurꝭ repeti põt. 7ͦ de ꝯtͣctu
pcarij q ꝯcedit᷑ i rebꝰ eccleſiaſticꝭ. Circa
pͥmũ ſciendũ ꝙ alienatõ ſtricte ſũpto vo
cabulo ẽ oĩs actꝰ p quẽ transfert᷑ dñiũ.vt
pȝ.C.de fũ.do.l.i.h̃ tñ cõiꝰ ſumit᷑ vt.ſ.ꝯp
hẽdat q̃ſdã ꝯtͣcꝰ in qbꝰ ñ trãſfert᷑ dñiũ vt
ſᷓ ꝯductio hypotheca ẽphitheoſ q ẽt ꝓhi
bent᷑ ex.c.nulli.§.alienatõis.h̃ itellige de
ꝯductõe ppetua.vt ex.c.ad audiẽtiã.nã
ad tps ñ ꝓhibet᷑.vt pȝ ex ne pla.vi.§.q̃
relã.Sȝ quã vocas ppetuã. Rñº q̃n ꝯce
dit᷑ alicui ⁊ hẽdibꝰ eiꝰ. Nã vlȝ ad 20.an
nos pt locari ñ vlt᷑.in aut̃.de ñ alie.ẽphi.
.§.ſi vero aliqs.coll.9.⁊.§.ſe.l᷑ forte ille.§.
loqt᷑.q̃ntuȝ ad pcariã de q̃ dicet᷑.ĩ.Dr̃ ẽt
alienare q vſucapi pmittit. ⁊ q ñ vtendo
ſuitutẽ amittit.ff.de v̄.ſig.alienatõis.

S Eqt᷑ videñ de 2ͦ.ſ.q̃ res pñt aliẽa
ri ⁊ q̃ ñ.Circa qõ ſciẽdũ ꝙ gñalit᷑
res ecc̃e ꝓhibẽt᷑ aliẽari in detrimẽ
tũ ecc̃e ex.c.c.i.⁊.c.ſiqs pſbroꝝ.ſiue ſint
de mẽſa epi ſiue de menſa capituli ſiue du
bitet᷑ an ſint ſ hoſti.ſiue pſumat᷑ ꝙ ſint ſ
Ber.ex.c.ñ ſp ⁊.c.poſſeſſiões.Sacre vero
res ⁊ religioſe aliẽari ñ pñt.titu.vẽditõis
ff.de ꝯtͣhẽ.ẽp.libi hoĩs.⁊.l.i modicꝭ.lȝ trã
ſeãt cũ vniuerſitate. vt ex de iurepro.ec
lr̃is.Si tñ res ſac̃ emat᷑ ab igrãte agr̃ de
ꝯtͣctu ad itereẽ.ff.de ꝯtͣhen.ẽp.l.4.h̃ her.va
ſa vero ſacta vt patena ñ ꝯflata ⁊ calix vẽ
di pñt in ſua forã alteri ecc̃e.ꝯflata ãt cui
libȝ.iz.q.2.auꝝ. Et idẽ dõ ẽ de ſilibꝰ pu
ta de pall᷑.altarꝭ bñdictꝭ ⁊ alijs ornamẽ
tis ſ Ray.⁊ Hoſ. Itẽ ſi pſbr duos ſuos
ecc̃e donet.l᷑ ex iduſtria ſua eideȝ acqrat.
põt vnũ ſuũ ecc̃e ẽt nõ meritũ manumit
tere.vt pȝ ex.c.ꝯſenſus.ſȝ q res ſuas nõ
attulit dãnũ nõ inferat.ex.c.epi. Itẽ bñ
meritos.q.ſ.aliqd inſigne ſuitiũ fecerũt
ecc̃e manumittẽ põt de ꝯſenſu epi.iz.q.2
ſiqs. Et h̃ ꝙ mãumiſſor eis cũ libertate
ꝯfirmet firmũ erit ita tñ ꝙ ñ excedat va
lorẽ.20.ſol᷑.vt.e.q.epꝯs q.Si tñ aliqs ordi
net᷑ ad titulũ pͥmonij ſui pt ſine ꝯſenſu
epi illud aliẽare ſ Inn. ſȝ hoſt.dic̃ ꝯtrariũ qꝛ
hiꝰ pͥmoniũ ẽ factũ q̃ĩ dotale.arg.ex de
doñ.int᷑ vi.⁊ vx.p nr̃as. Res ãt mobiles
ecc̃e q̃ ſuãdo ſuari ñ pñt ſiñ aliq̃ ſolẽnita
te alienãt᷑ ⁊ ea q̃ magꝭ expedit diſtrahi
q̃ȝ ſuari vt aĩa͡ſupuacua.veſtes aſtricte.
fructꝰ arboꝝ.vt pȝ.C.q̃n decreto opꝰ nõ
ẽ.l.vltꝭ. Sũt tñ plres caſus in qbꝰ lȝ res
ecc̃e aliẽare.p̃ cã neccitatis vt cũ debitum
vrget.10.q.2.§.h̃ ius. 2ͦ cã pietatꝭ vt ꝓ
captis redimẽdis l᷑ ꝓ alimõia paupꝝ tpe

famis l'cladis l' ꝑpter eccleſiā edificādā
vel ꝑpter cimiteriuꝫ āpliandū.iz.q.z.au
rū.ꝛ.c.gloria.ꝛ.16.q.i.qm̄ gcqd.ꝛ ꝥ Jo.
iz.q.z.ſacroꝝ. Eccleſia vō nō poterit re
petere pecuniā quā dedit ꝓ redēptōe ca
ptiuoꝝ.vt pꝫ ibidē.redemptus tn̄ preſta
bit opaꝫ eccleſie p.5.ānos.C.de captiuis
poſtli.reuer.l.z.Si vō ꝓuat⁹ det pecuniā
ꝓ redēptōe alicui⁹ eam repetē pōt.vt dr̄
ibideꝫ.l.vlti. 3ᵒcauſa vtilitatis.iz.q.z.ſi
ne exceptōe.ꝛ extra.c.vt ſup.§.vlti. 4ᵒ
cā equitatis qua de cā ꝯcedi poſſunt in p
petuā emphitheoſim terre ille.que fcē ſt̄
arabiles eis vel heredib⁹ eorū quoꝝ la
bore factuꝫ hoc cē digſcit̄ vt tunc.i.tēpe
ꝯtract⁹ ſm̄ alios autē ꝛ veri⁹ poſſunt ad
alios trāſferri cū maiori vtilitate eccleſie
vt e x̄.c.ad aures.ğ ſi laborans vel eius
heres vult dare tn̄ q̄ſtuꝫ alr̄ p̄fert oi
b⁹.ſi non vult dare tn̄ repellit̄ ſꝫ tn̄ pro
labore ei ſatiſfaciendūꝫ videt̄ ne defleat
ſe laborē ꝛ diligētiā adhibuiſſe.ar.extra
de reſ.in inte.c.i. 5ᵒ cā incōmoditatis vl'
minoris vtilitat.iz.q.z.terrulas.Admit
tit̄ etiā ꝯtractus p̄cariaꝝ de quo infra di
cet̄.Poſſunt etiā alie cāe aſſignari.vt pꝫ
iz.q.z.auꝝ.ſꝫ oēſ pn̄t ad p̄dictaſ r̄duci.h
hoſt.Sꝫ nunqd ſi qd eccleſie ſub hac cō
ditōe conct̄.ſ.ne alienet̄ alias reuocet̄.
nunqd poterit alienari ſi caſus neceſſita
tis imineat alienandi vt debitū vel redē
ptio captiuoꝝ.videtur ꝙ ſic.q2 caſus iſti
excipiunt̄ a iure.io.q.z.§.h ius.Et ar.ē
exp̄ſſe in ꝯtriuꝫ ꝙ nō exq̄ ꝓhibet h dona
tor i auc⁹.de alie.ꝛ emphi.ꝯ.§.ſciſſimos
Ad h dicē goff.tan.ꝛ qdā aliꝗ ꝙ in tali ca
ſu res ecc̄ᵉ ſic donata pōt alienari ſi ecc̄ᵃ
iſta nō habeat poſſeſſiones alias.ſi vero
habeat alias nō pōt in q̄ cāu intelligunt
auc̄.§.ſciſſimos.q2 vt dic̄ canon.res ec
cleſie alienant̄ ꝓ captiuoꝝ redēptione.
iz.q.z.auꝝ.Aliꝗ dicūt veri⁹ ſm̄ Bern.
ꝙ res ſic donata nō pōt alienari ēt ꝓ re
demptōne captiuoꝝ vt dicit auc̄.§.ſciſſi
mos.Nec ꝯtriū in dcit̄ exp̄ſſe.Illō vō.c.
auꝝ.nō loqt̄ de talib⁹ reb⁹ ſꝫ tn̄ de vaſis
loq vr̄.h her.e x̄ de ꝯdi.app.veꝝ.Silr̄ q
dā dicūt ꝙ res imobiles eccliꝗs ab ipio
date n̄ pn̄t alienari aliq̄ᵒ Scdꝫ āt Jo.io.
q.z.§.h ius.i fi.h n̄ ſt̄ vā.q2 tale pactū ē
ꝯ legē dei.iz.q.z.auꝝ.et ꝥ ēt goff.ti.ō ꝯdi
ap.ſi in doñ.appōit̄ exp̄ſſe ꝙ n̄ alienet̄ ēt
i cāib⁹ ill' tal' ꝯditō tāq̄ turpis ꝓ n̄ adie
ctā hr̄i dꝫ ꝛ nihilo⁹ dona⁹ tenꝫ e x̄ de ꝯdi.

app.c.finali.

S Eqt̄ vidē de ʒᵒ ſ.q̄ ſit forᵃ alienā
di res ecc̄ᵉ.Circa qō ſcīēdum ꝙ
res q̄ ſuādo ſuari nō pn̄t alienā
tur ſine aliq̄ ſolēnitate vt dcꝫ ē.iz.q.z.ter
rulas.Sꝫ alie cū ſolēnitate.Et oliꝫ qdem
duo de vicinis epis int̄erāt ꝛ de cā aliēa
tōis ꝯgnoſcebāt ꝛ ſubſcribebāt.io.q.z.
caſellaſ.hodie āt ſuffic̄ ꝯſenſus epi ꝛ capi
tuli.vt dr̄.iz.q.z.ſine exceptōe.Et ſi res
ſit modica ꝛ neceſſitas mag̃ n̄ reqrit̄ cō
ſenſus capituli.alias ꝯ vt ea.q.terrulas.
In reb⁹ āt mōaſterioꝝ alienādis reqrit̄
ꝯſenſus abbatis ꝛ capituli ꝛ epi.iz.q.z.
abbatib⁹.ſꝫ h nō ſuat̄ vbiq̄ꝫ.Et iō dicit
gof.ꝙ credit ſufficē ſolēnitateſ ꝥ approba
tas locoꝝ ꝯſuetudies qō hoſt.n̄ placꝫ q2
poſſent eccleſiis eē onerofe.ar.e x̄ de ꝯſue
c.i.Si vō ſit reſ ecc̄ᵉprochial' reqrit̄ ēt cō
ſenſus p̄ſbri.iz.q.z.placuit.Aliena⁹ alit̄
fcā nᵃ eſt.li.6.c.dudū.§.q2 vō.qō intelli
ge in ecc̄ᵉ detrimētū.vn̄ ſi ſit ecc̄ᵃ leſa reſti
tuit̄ e x̄.c.ad audiētiā nr̄aꝫ.p̄ſbro tn̄ mor
tuo p̄t ep̄s alienare aliꝗ.16.q.i.ſtatuim⁹.ꝛ
c.ſe.e x̄ ne ſe.va.c.i.in gl.Et ꝥ Inn.ſi ep̄s
alienet ppetuo bona vacātis ecc̄ᵉ n̄ tenꝫ
niſi ecc̄ᵃ hēat legitimū defenſorē ꝛ niſi fa
ciat h p̄miſſo tractatu diligēti puta ꝯue
niēt oēs ꝛ dicet qlibꝫ qō ſibi vr̄ ꝛ cū co
gnitōe cāe ꝛ hito exp̄ſſo ꝯſenſu capli.In
alienatōe vō ad tps nō reqrit̄ ſolēnitas
talis ꝛ ſuffic̄ tacit⁹ ꝯſenſus capituli.iz.q.
z.ſine exceptōe.Et h intelligit̄ de imobili
b⁹ ꝛ mobilib⁹ p̄cioſis e x̄ de his.q̄ fi.a p̄la
c.z.ꝛ.c.tua.in glo.Solēnitas āt illa q̄ hr̄
io.q.z §.h ius.hodie n̄ ſuat̄ ꝥ gof.Sed
ꝛ in multiſ aliꝗs hoies delinquunt ꝛ omit
tunt.vn̄ ꝥ hoſti.i alienatōnib⁹ ppetuis ſo
lēnitas ē ſeruāda.vt pꝫ in.d.c.q2 vō.Et
non tn̄ ſolēnitas p̄dcā ſꝫ ꝛ vlteri⁹ reqrit̄
ꝙ tot⁹ cler⁹ ꝯſentiat ꝛ aliq̄ ō qnq̄ꝫ cauſis
ſup̄dictis vē h exigat ꝛ ſubſcriptō cleri
coꝝ inueniat ꝛ nullū inde dānū domuſ
dei fiat.iz.q.z.ſine exceptōe.Et ꝙ ex mo
bilib⁹ n̄ p̄t debitū ſolui ꝛ ꝙ ē debitū vrgē
dꝫ iconom⁹ iurare corā ep̄o.io.q.zᵃ.§.h
ius.Sꝫ ꝥ Jo.h ſolēnitas i eccliꝗs tn̄ ma
iorib⁹ ꝛ mr̄icib⁹ obſeruari dꝫ.ar.iz.q.i.
nō dicatiſ.ibi poſſidē ⁊c̄.ꝛ.c.vidēteſ.ibi in
mr̄icib⁹.Cū.n.ecc̄ᵉ eēnt oli tenues maioꝛ
erat adhibēda inqſitō i alienatōe.ſꝫ cuꝫ
poſſeſſiōes hodie ſint augmētate ſufficit
capituli ꝯſenſus.ut pꝫ i.c.ſine exceptiōe
In h tn̄.c.loqtur de ſubſcriptiōe ꝛ quod

ibi dicit̃ de clericis intelligit̃ de canonicis.
Non eniʒ dʒ cõicari int̃ clericos eccleſie
eiuſdeʒ niſi ſint intitulati nec vocē habʒ
quilibʒ in electõe cū alijs liceʒ ꝑcipiat fru
ctus eiuſdeʒ eccᵉ qꝛ bene poteſt epus vl̃
eccleſia cõcedere beneficiū alicui nec tñ
erit canonicꝰ.16.q.i.poſſeſſiones. Scd̃m
vero Ber.li.6.c.duduʒ. ſolennitas huiꝰ
legis.h̃ ius.nõ eſt neceſſaria dummodo
ſeruet̃ forma.12.q.2.ſine exceptõe.⁊.10.
q.2.c.i.i fi.⁊ c.x̃ de his.q̃ fi.a pla.c.i. Nec
obſtat ꝙ lex illa canoibꝰ eſt inſerta. h̃.n.
factū fuit vt ſciret̃ q̃leʒ affectum ꝓncipes
ad eccleſiā habuerūt.eccᵃ aūt eā non ap
probauit nec ſeruari ꝑcepit nec de ea ali
quis canõ mentõem facit. Jo.vo an. dic̃
ſuper illõ.c.duduū.ꝙ illa ſolēnitas indiſ
ſuetudineʒ p ꝯriuʒ vſuʒ abijt.diſ.4.§.le
ges. Diſtinxerūt aūt h̃ Inno.⁊ hoſti.int̃
decretū.auctem ⁊ ꝯſenſuʒ. ſiue collauda
tõeʒ. ꝙ decretū eſt ſnīa q̃ iudex ꝯtractuʒ
futuꝝ iuſtū eſſe fore decreuit auctem ſuā
interponendo vel aliqueʒ in poſſeſſioneʒ
mittendo vel mittēdū declarādo.ff.de dā.
infec.l.ſi finita.⁊ interponi dʒ añ ꝯctū.ff.de
rebꝰ ec.l.magis.§.nõ paſſiʒ.⁊.§.ſe. Auc
tas ē auctorizabilis ꝯſenſꝰ ꝯpetēs alicui
ex officio publico vl̃ adminiſtratione ltīma
vt ſ. tutores ⁊ ꝓcuratores.ff.de auc.tu.
Cõſenſus āt ſiue collaudatio ē volūtas
multorum ad quos ptinet res ſimil̃ iūcta
Dicūt ꝗ qdā ꝙ in aliēatõe rei eccliaſtice
ñ requirit̃ decretū ꝓdictum.ſʒ cāe cogni
tio auctas epi ⁊ ꝯſenſus cleri. Sed nun
quid valent cõſenſus clericorum canoni
corum non habiti in cõi. Rñ°. hoſti.extra
de his q̃ fi.a pla.tua.tēt ꝙ ñ. ⁊ hoc etiam
Inno.⁊ compoſ.videt̃ approbare extra
de conſue.cum conſuetudinem. Sʒ Hoſ.
extra de his que fi.a pla.cum apoſtolica.
⁊ in ſumma ipius tituli dicit ꝯtrariuʒ.qꝛ
lʒ inueniat̃ in electionibus ꝙ requirat̃
ꝯſenſus cõis.extra de electionibus i gnā
li. Secus tamen eſt in alienatõibus.c.ti.
cum nos.⁊ cum eo ꝯuenit Bernar.li.6.
c.duduʒ.in fi.4.glo. Jo.vero an.ibidem
dicit ꝙ ꝓma opinio eſt vera qñ non ꝑceſ
ſit ꝯtractus vt patʒ ibidem.ſʒ ſi ꝑceſſit ⁊
deliberauerunt alienare ſi ſingularit̃ cõ
ſentiant valet conſenſus ⁊ tunc habet lo
cum opinio ſecunda. Ad hoc nota ꝙ in
eccleſijs collegiatis ⁊ cathedralibus ſi
bona epiſcopi ſint diſtincta a bonis cano
nicorum ⁊ epiſcopus aliqua de rebuſ ſue
menſe velit alienare. ipſe tanquā cuius
ꝓncipaliter intereſt debet alienatiõem fa
cere. Et canonici debent poſtea ſuuʒ aſcē
ſum preſtare ⁊ premiſſo diligenti tracta
tu alienatiõi principalit̃ ſubſcribere. ⁊ ſi
militer ſi canonici aliqua ſue menſe velit
alienare ipſi principaliter alienationem
faciant ⁊ epiſcopus preſtis auctoritatē
ſiue cõſenſum preſtet. ⁊ ſufficit ſi conſen
ſus huiuſmodi preſtet̃ in ipõ ꝯtractu. vl̃
poſt cõtractum.extra de his que fi. a pre
la.nos.vbi de hoc in glo.⁊ inh̃ a alienatõ
hec Bernar.li.6.de rebꝰ ecc.non alie.du
dum. Scd̃m etiam hoſtien.qñ epiſcopꝰ
rem ſue menſe alienat archiepiſcopꝰ au
ctoritatem ſuā interponet.ar.ad h̃.9.q.3.c
2.⁊ di.96.bñ quidem.

SEquitur videre de 4°.ſ.que eſt
pena male alienantis rem eccle
ſie. Circa quod ſciēdum ꝙ pena
eius eſt depoſitio ſi ſup hoc accuſat̃.12.q.
2.monemꝰ.⁊.c.apoſtolicos. niſi celeri re
ſtitutione ⁊ repetitõne ꝓſpexeris ſibi. Et
eandem penaʒ patit̃ clericus iniuſte ſub
ſcribens. vt dicit̃ extra.co.ſi quis.⁊ reſti
tui debʒ res non deteriorata.ff.cõmo.l.3.
.§.i.celerē̃ auteʒ reſtitutõem intellige ẜʒ
Ber.ibideʒ anteꝗ̃ eccleſia ledat̃ ex tali
alienatione. vl̃ ẜm hoſti.poſt int̃pellatio
neʒ eccleſie ſine mora.dʒ.n.alienator int̃
pellante eccleſia cõponere cuʒ poſſeſſore
ita ꝙ rē recuperet ⁊ reſtituat eccleſie vel
ſaltem agat ꝯ poſſeſſorem qd̃ ei lʒ.e.x̃.c.
ſi qs ꝑſbrorum. adminus ceſſa ſibi acti
one ab eccl̃ia ⁊ niſi totum int̃eſſe ꝓſtet ec
cleſie videt̃ eſſe in mora. Si aūt ſic ſibi
ꝓuiderit morā ⁊ penā depoſitõis de qua
dictū ē ſup̃ ⁊ excõicatõis.de q̃ e.x̃.c.ſi qs
ꝑſbroꝝ.vitabit ẜm goſ.⁊ hoſt. Nā ⁊ ſi qs
rem alienauerit ⁊ deinde eā recupauerit
penā edicti vitabit.ff.de ali.iu.mu.cā fcā
l.ex h̃.§.ſi qs alienauerit. Ad hoc nõ ẜm
Ber.extra de rebꝰ ec.nõ alie.ſi qs.ꝙ ſub
ſcribens.vbi ad auctēʒ ꝯtractꝰ ſubſcripᵒ
deſideraꝭ ꝯſentire vr̃ ⁊ h̃ intelligaſ cū di
ſtinctõne iſta.ſ.qꝛ aut ſubſcribit noīe alie
no ⁊ tunc non obligat̃ nec ꝯſentire intel
ligit̃.ff.de inſti.act.l.vl. Aut noīe ſuo ⁊ h̃
vl̃ ſcienter ⁊ tunc obligatur ⁊ conſentire
videt̃.vt patet in d.c.ſi quis. vel ignorā
ter ⁊ tunc non videt̃ cõſentire nec ei no
cet.C.de doñ.nec ignorans.

S Egr' vidē de 5°.ſ. que ē pena reci
pientis rez eccleſie ꝯ formā pdi/
ctā. Circa qd̄ ſciendū ꝙ pena ei⁹
ē vt rē cū ſuis fructib⁹ reſtituat ⁊ pciū ab
ecc^a repetē nō valeat. io. q. z. h ius. Et ha
bebit regreſſuz ꝯ alienātē ſi ſit poſſeſſoꝛ
bone fidei. iz. q. z. vulterane. ⁊ ſi ſit male
fidei poſſeſſoꝛ. extra. c. ad audiētiā. ⁊ hi⁹
opi. ſunt hu. Jo. theu. ⁊ goff. Et ē rō vt p
lati metu pene caueant ab hi⁹ venditiōi
bus. Aliq tū dixerūt ꝯtrariū. ſ. ꝙ ſiquis
accepit mala fide rez eccleſie. tūc non hʒ
actōem ēt ꝯtra alienantē niſi p cautionē
de euict. pſpexerit ſibi. vt pʒ. C. de euic. ſi
fundū. tū hui⁹ opi. videt' eē Ber. in. c. ad
audiētiaz in glo. z^a ſʒ pmum eſt veri⁹ hʒ
hoſti. Item ſiquis petat vel recipiat ecc^e
bona a rege irritū hēatur ⁊ iubet' talis
excludi a cōione ecc^e cui⁹ res conat' au/
ferre. extra. c. q res. Idē ē ſi vēditio ſit fa
cta occaſione ptātis laycē. c x. c. cū laycis
hec hoſti. Itē null⁹ religioſus mōaſterio
pꝛoꝛatū ecc^e ſine admiſtratōem eiuſdē pre
ſidētis ī alia reddit⁹ aut poſſeſſiones eiuſ
dē ad certū tps vel ad vitaz recipiētis p
aliq pecunie qtitate qniſmō cōcedē pōt
citra locoꝝ pdictoꝝ euidentez neceſſita
tē ⁊ vtilitatē ⁊ ſine ꝯſenſu ſpāli ꝯuēt⁹ ſui
Aut ſi nō hēat ꝯuentū plati ꝓpriū ſi fiant
alie ꝯceſſiōes ille nō tenēt. nullūqs ius re
ceptorib⁹ acqrit' ⁊ ꝯcedentes ab officio
ſt' ſuſpenſi. h tū phibitio nō extēditur ad
locatōes vel fructuū aut redditū vēdi/
ditōes ad temp⁹ modicū faciendas. li. 7.
de reb⁹ ec. nō alie. monaſterioꝝ.

S Equtur vidē de. 6. ſ. p quē ⁊ quali
ter res ecc^e alienata pter formā
iuris repeti pōt. R° p quālibet
pſonā ecc^e illi⁹ vt dicit glo. nō alteri⁹. Et
ēt p pꝛochianū ꝓpriū in ſubſidium ⁊ cum
fructib⁹. c x. c. ſiquis. in fi. vñ pōt peti per
clericos illi⁹ eiuſdē ecc^e ⁊ ꝯuerſos ⁊ pro
nos ⁊ filios ⁊ nepotes. vt dr̄ ibidē. ⁊. 16.
q. 7. filijs. Et etiā p alienātez vt dictū eſt
ſupra lʒ iurauerit nō venire ꝯ. c x. de his
que fi. a ma. p. ca. c. i. §. pl. ⁊ vlt. qꝛ non
ſt' iuramēta ſʒ piuria qꝛ fiunt in detrimē
tū eccleſie vt dr̄ ibidez. vel de ꝓprio ſoluū
tur. c x. de pbē. de multa. pōt etiā peti p ſuc
ceſſorez. extra. c. epi. in fi. nō obſtāte aliq
pena. extra de pcar c. z. Eccleſia vō c⁹ eſt
res agere pōt ꝯ alienātez vel ſucceſſorez
C. de ſacroſan. ec. iubem⁹. §. vlt. ⁊. iz. q. z.
aplicos. ⁊ extra de pigno. c. z. i tex. ⁊ glo

et ꝯ recipientē vt dictū eſt ſup. Sed vno
ſoluēte alter liberat'. ff. de co. p quē factū
eſt. l. i. §. ſi plures. Et cū ꝓpriuz delictū q̄
libet puniat' tunc pōt petē vt actiones ſi
bi cedant'. ff. de admi. tu. ſi plures. in fi.
Quid ſi cepit ꝯuenire vnū nūqd ꝯueni/
re poterit ⁊ alteꝝ. R° ꝙ ſic. non. n. p con
uētionez ſolā ſʒ p exactōz actio tollit'. ff.
depoſi. l. i. §. ſi apud. Quid ſi ptez ſui inter
eſſe ꝯſequat' ab vno. R° tū min⁹ cōſeq
tur ab altero. ff. de exerci. ac. l. i. ¶ Quid ſi
ꝯponat cū vno ⁊ cū redimi faciat vt cuʒ
eo in pace remaneat. R° tū minus ꝯſe/
quit' ab alio. Sʒ nūquid eps pōt repetē
rem quā alienauit iniuſte videt' ꝙ non.
qꝛ ipſe de euictione tenet' ⁊ quem tenet de
euictiōe actio eundem agentem repellit
exceptio. C. de euict. exceptiōe. ſʒ replica
bit rez ecc^e ſicut ⁊ mulier replicat ſe mali
erez eſſe. ⁊ iō ſibi velleianuz ꝯpetere. ff.
ad vell. ſi mulier. hec hoſti. ⁊ ꝯuenit cuʒ
eo Ber. extra. c. ſiqs. ¶ Utꝝ abbas eccle
ſiā quā de manu layci accepit retinē poſ/
ſit. R° ꝙ nō. 16. q. 7. c. i. ⁊. c. null⁹. ⁊. c. ſeq.
Et idē vr̄ de decimis ⁊ alijs reb⁹ eccliarū
ſi tū ſequat' ꝯſenſus epi valebit. c. q. §. ſi
cut g. ⁊. c. decimas. ⁊ ext' de iurepa. qd̄ at
. §. decetero. ⁊. c. illō Utꝝ i reb⁹ eccleſie a
laycis male detentis ad ius eccleſie redu
cendis ſufficiat auctas epi ſiñ ꝯſenſu ca
pituli. puta layc⁹ detinet decimam ad pro
chialez eccleſiā ptinentē vt vlt eā trāſfer
re ad aliā eccleſiā nunqd pōt h de ꝯſenſu
epi tū. R° ꝙ ſic. extra de his. q fi. a plat.
cū aplica. ⁊. 16. q. i. c. fi. Sʒ oppōit' quia
videt' res eccleſie ibi alienari. qꝛ trāſfer/
tur ab vna eccleſia in dominiuz alterius
eccleſie. Rñdeo lʒ ibi ſit quedam ſpecies
alienationis quo ad pmaz eccleſiaz cui⁹
fuit eſt tū cōceſſa. Illa. n. ſpecies phibet'
qua res ab eccleſia alienat'. Et ſic intelli
gitur quod dr̄ extra. co. p totuz. vbi hec
alienatio tolerat' vt inconueniens maius
vitet'. quia ⁊ſi non ab illa eccleſia cuius
fuit ab alia tū recuperat' ⁊ ſic eam habʒ
eccleſia que eſt vnica ⁊ ſic vtilitati vlis
eccleſie ꝯſulit'. Ad hoc nota ꝙ ſi aliq ec
cleſia vult impetrare in curia ꝙ ſibi lice
at talem rem acquirere ſolet addi h clau
ſula ſcilʒ priori eccleſie preſtita cautione
ꝙ ſi ad pinguiorem fortunaz venerit rē
eidem reſtituat prius ſibi de precio ſatiſ/
facto.

Sequit᷑ videre de 7° ſ. de ꝯtractu
p̄carij q̄ ꝯcedit᷑ i reb᷒ eccliaſticis
p̄ q̄ videñ eſt qũo dr̄it p̄carie ⁊
p̄cariũ vbi ſciendum ꝙ oria horuꝫ in q̄
tuor verſibus cõprehenditur. Primus
verſus eſt iſte. ria.rie.rium.tria quibus
eſt caput vnum.i.vnum p̄cipium.ſ.p̄ca
2° verſus eſt iſte. Ria cum moritur citra
nec vult renouari.i.ꝯtractus qui dr̄ p̄ca
ria eſt quidam vſufructus perſonalis ſi
ue temporalis preſtatio que cõcedit᷑ ab
eccleſia homini cum moritur.i.vſq̄ ad
morteꝫ eius. Jd̄ aũt dixi pſonalis quia
non tranſit ad heredem.citra.i.vel citra
mortem.ſ.vſq̄ ad certũ tp̄s puta ad tri
ginta annos in auc̄. de al.emphi.§.ſi vo.
aliqs.⁊ ſe.coll.9.h̄ pꝫ. Concedit᷑ auteꝫ p̄
caria ſm̄ leges hoc mõ. Si layc᷒ hꝫ vnã
vineã valentẽ.9.libras.⁊ dare velit ecc̄
ad p̄cariã.dabit ſibi ecc̄ duas vineas eq
ualẽtes ⁊ h̄ ſi trãſferat ſtatiꝫ dn̄iuꝫ ⁊ poſ
ſeſſionẽ ⁊ vſufructũ in eccliaꝫ. Si.n.i vi
ta ſua retinere velit vſufructum dabit ſi
bi eccl̄ia tñ vnã vineã equiualentẽ ⁊ ſic
laycus dꝫ habere duas vineas ad p̄cari
aꝫ.C.de ſacroſanc.eccle.iubemus.§.vlt.
Scd̄ꝫ vo canones agit᷑ benigni᷒ reſpc̄u
contrahentium ⁊ aſperius reſpectu ecc̄
qꝛ in caſu quo leges vnam vineaꝫ dãdã
ꝯcedũt canones duas cõcedũt. Et in q̄ le
ges duas.canon cõcedit tres.10.q.2.p̄ca
rie. Et nõ eſt faciẽda p̄caria vacãte ecc̄
12.q.2.p̄carie.põt aũt qlꝫ accipe p̄cariaꝫ
niſi ſit iconom᷒ vel eius ꝯſanguine᷒ qa
is ꝓhibet᷑.10.q.2.h̄ ius.v.h̄ vſus p̄ſtatio
⁊ res que recipit᷑ a layco non debꝫ tribu
ti grauari magis q̄ꝫ illa quã laycus rece
pit ab eccleſia.C.de ſacroſa.ecc.auc̄. hec
vſus p̄ſtatio. Si autẽ p̄caria fiat irrõabi
lit᷑ reuocari poteſt per ſucceſſorem nõ ob
ſtante pena approbata per p̄uilegium vt
ꝯtractus ratus eſſet.extra.e.c.2. Eſt aũt
irrõnabilit᷑ facta ſi dent᷑ tres vinee equa
lentes vbi tranſfert vineam ſuam h̄ ſꝫ le
ges lꝫ canones h̄ concedant vt dictum ẽ
vel forte canon loquitur vbi perſona eſt
ſenex vel debilis vel pauper quia tali de
bet eccleſia etiam de ꝓprio ſubuenire.16.
q.1.qm̄. Et nota ꝙ precaria inuenit᷑ i plu
rali ⁊ ſingulari.10.q.2.precaria ſꝫ p̄carie
tñ in plurali. 3° verſus eſt iſte. Rie ma
gis viuit poſt luſtruꝫ nempe renaſcens.i.
contractus qui dicitur precarie in plura
li tñ magi durat q̄ꝫ homo viuat. tranſit
enim ad heredem. debet tamen de quin
quennio in quinquennium renouari.e.t.
eo.c.1. Et puto ꝙ preſtatur ſub certo cen
ſu quia eſt forte terra minus vtilis ⁊ da
bitur alicui ruſtico vſq̄ ad.5.annos cui᷒
labore.meliorabitur iſta terra. ex̄ de re
bus eccl.non alie.ad aures. Si vo ille ꝯ
ctus in fine quinquennij per eccleſiam
non reuocetur nihilominuſ reuocatus in
telligitur. Et eſt ratio ne perdat eccleſia
ius ſuum qꝛ cum tranſeat in heredem ⁊
prelati ſepe mutent᷑ eccleſia de facili ius
ſuum perdere poſſet.16.q.3.clerici. Jſti ãt
ꝯtract᷒.ſ.cõtractus qui dicitur precaria
⁊ contractus qui dicitur precarie nõ poſ
ſunt reuocari pro concedentiuꝫ volunta
te.extra.e.precarium.§.vlt. Jn h̄ ſimileſ
ꝯmodato.extra.e.de cõmodato.c.vno.
4° verſus eſt iſte. Rium ſicut ego morit᷑
cum vult ſuus actor.i.ꝯtractus qui dici
tur precariuꝫ conceditur ſicut ego.ſ.qui
concedo volo.morit᷑ ⁊c̄.quia concedens
quandocunq̄ vult eum reuocare poteſt
Eſt igitur precariuꝫ qd̄ precibus peten
ti conceditur vtendum q̄diu patit᷑ qui
conceſſit extra.e.c.ſi. Et nõ ꝙ ꝓ p̄cario
qñq̄ ponit᷑ precaria.vt.ff.cõi diuidũdo.l.
cõi.diuidundo.§.int᷑ p̄dones. Dicit aũt
Ber.ꝙ cum ponant᷑ de p̄carijs e.t.e.tria
capitula ſiqs ꝯſideret.p̄mum.c.loquitur
de p̄carijs.2m de p̄caria.3m de p̄cario. Ad
hoc ad maioreꝫ declaratõeꝫ nãe ꝯtract᷒
precarij.videndũ eſt qũo differt ab alijs
ꝯtractib᷒.vbi ſcienduꝫ ꝙ differt a dona
tione. qꝛ qui donat ſic dat vt nõ recuperet
qd̄ dat.ſꝫ q̄ p̄cario ꝯcedit ſic ꝯcedit vt re
cuperet qñcũq̄ placebit extra.e.c.1. Jteꝫ
cũ ꝯmodato ꝯuenit qꝛ nec ꝯmodãs nec
p̄cario ꝯcedẽs facit reꝫ accipiẽtis.ff.e.l.1.
Sꝫ dr̄nt qꝛ cõmodans ad certũ vſuꝫ cõ
cedit nec reuocare põt niſi vſu illo exple
to.extra de ꝯmo.c.1.retinet etiã poſſeſſiõꝫ
rei ꝯmodate.ff.de ꝯmo.rei. Jn p̄cario vo
ꝯcedẽs nõ p̄ſumit certũ vſuꝫ ⁊ iõ reuo
cat qñcunq̄ placet.extra.e.c.1.⁊ poſſeſſio
nẽ nõ retinet.ſꝫ poti᷒ recipiẽs poſſidet nã
liter.ff.eo.§.plt.duo.n.inſolidum p̄cario
poſſidere ñ poſſũt.ff.e.duo.ꝯcedẽs tñ poſ
ſidet ciuilit᷑ vt dꝫ ibidẽ. Jtẽ differt a loca
to qꝛ locatũ nõ ẽ gratuituꝫ.extra de loca.p
totũ.p̄cariũ vo ẽ gratuitũ.vt pꝫ ex p̄dictis
Jtẽ differt ab emphitheoſi qꝛ ibi ꝯceſſũ
põt tranſferri in aliũ dn̄o requiſito.extra de
loca.potuit.qd̄ ñ ꝯtigit i p̄cario nec i alijs

ↄtractib⁹ ꝑdictis. Soluit̃ aũt precarium qnqꝫ modis. p̃mo ↄtraria volũtate eius qui ↄceſſit. ff. c. l. i. 2° morte eius cui ē cõceſſuꝫ. c. x̃. c. c. fi. 3° alienatione rei p̃cario ↄceſſe. ſi is cui eſt alienata velit reuocare vt dicit̃ ibidem. 4° finito tp̃e vſqꝫ ad q̃d res erat ↄceſſa. ff. e. cũ precario. 5° debito re ſoluente pecuniã creditori ſoluit̃ precarium pignoris. ff. e. ſi debitor. h̃ Hoſt. ꝛ hoſt. ꝛ Ber. e x̃. c. c. fi. Conſiſtit aũt precario in reb⁹ mobilib⁹ ꝛ imobilib⁹ ꝛ incorporalibus vt ſuitutib⁹. ff. e. l. 2. §. vl. ꝛ. l. 3. ꝛ. 4. hec Ber. e x̃. c. c. fi. in glo. i.

## De dignitatib⁹ eccleſiaſticis i cõi. ti. 38

Onſequẽter ↄſiderandũ ē de p̃latõibus ꝛ dignitatib⁹ eccleſiaſticis. Et p̃ in cõi. 2° in ſpeciali. Circa p̃mũ. p̃ querit̃ qd eſt dignitas. 2° vtꝝ i bñficijs ſit attẽdẽda dignitas. 3° de p̃tãte dñandi. Circa p̃mũ ſciẽdũ ꝙ p̃latio ſiue dignitas ſ̃ hoſt. ē quedã p̃eminẽtia i gdu. Et h̃ aliqñ vocat̃ pſonat⁹ vel cuſtodia. e x̃. de inſti. §. fi. ſeu officiũ vl̃ miſteriuꝫ inferi⁹. e x̃. de ↄſti. cũ acceſſiſſent. ꝛ e x̃. de p̃bẽ. niſi cẽnt. vbi p̃oratus dignitas appellat̃. vñ archidiaconat⁹ decanat⁹ p̃miciat⁹ his noib⁹ oſtendunt̃. Et pñt ẽt hi oẽs p̃poſiti vocãi eo ꝙ quidã prioꝛat⁹ curã p̃ alijs hñt. e x̃. de vb. ſigni. ꝙ̃nis. Et quilꝫ hñs admiſtratõem dici põt p̃curator. i. q. 3. ſaluator. etiã epi e x̃. de doñ. fraternitatẽ. Et ſic hi ecc̃e membra diuerſa diuerſos articulos hñtia ſicut corp⁹ hꝫ plura mẽbra nec ad eũdẽ locuꝫ p̃tinent oĩa. di. 89. ſingula. itaqꝫ in eadeꝫ eccleſia vel ẽt i diuerſ̃ eccleſiis nõ põt aliquis hr̃e hec officia e x̃. de p̃ben. q2 in tñ ꝛ. c. ad h̃. ꝛ. c. cũ iam dudũ. Nec ẽt plures eccl̃ias prochiales. vt dr̃ ibidẽ. de q̃ tñ dic vt dictũ ē ſupra. Preeminẽtia ãt vni⁹ ad alteꝝ põt eẽ mltiplr̃. vno° rõe p̃tãtis ſuẽ iuriſdictõis q̃ preeſt archidiacon⁹ archip̃ſbytero. e x̃. de offi. archip̃ſbyteri. c. i. 2° rõe ordinis q̃ p̃eſt p̃ſbyt̃ diacono. di. 95ᵃ oliꝫ. 3° rõe ↄſecratõis q̃ p̃eſt eps p̃ſbytero. di. 95. nonõ. ꝛ. c. eps. 4° rõe antiq̃tatꝭ vt p̃oꝛ hr̃ q p̃us fuit ordinat⁹. e x̃. de ma. ꝛ obe. c. i. 5° rõe ordinãt̃. vt. ſ. maioꝛ habeat̃ q a maiori fuerit ordinat⁹. extra de ma. ꝛ obe. p tuas.

Irca 2ᵐ querit̃. vtꝝ in p̃ceptiõe bñficioꝝ debeat attẽdi rõ dignitatũ. ſ. pl⁹ p̃cipiant q ſũt in potõrib⁹ ordinib⁹ ↄſtituti ꝛ ſ̃ gradus dignitatũ meliora ſtipendia ↄferãt̃. vr̃ ꝙ ſic. i2. q. 2. nob. ꝛ 23. q. i. ius militare. ꝛ extra de ma. ꝛ obe. ſtatuim⁹. vbi dr̃ ꝙ q maioꝛ ē in ordĩe ẽt ſi poſteri⁹ ſit recept⁹ debꝫ in p̃cipiẽdo porcõem potior eẽ. Sꝫ ↄ̃ q2 oẽs q in vna eccleſia famulant̃ eq̃ p̃cipere debẽt. e x̃. de ↄſti. oẽs. ꝛ. c. cũ mlta. r̃ñdet her. ſup. c. ſtatuimus. ꝙ ab initio debꝫ ↄſiderari nobilitas ſiue ſcia. ſ. vt q magis ſũt p̃diti nobilitate ſiue ſcia ↄferant̃ ab eis q p̃mouent eos plura bñficia ꝛ maioꝛa. Circa eos ẽt q ſimul ſunt i eccleſia honeſtũ eẽt vt plus p̃ciperẽt digniores ꝙ̃ minores. ſm ꝙ dicũt iura p̃oꝛa ſꝫ in h̃ magi. ↄſiderat̃ ↄſuetudo cuiuſcũqꝫ eccl̃ie ſ̃ ꝙ volũt iura ↄtria. Etſi de nouo dat̃ eccleſia vr̃ recurrẽdũ ad ↄſuetudinẽ vicinaꝝ eccl̃iaꝝ ſue p̃uintie extra de cen. ſup eo. de iure tamẽ cõi nõ eſt pl⁹ maiorib⁹ ꝙ̃ minorib⁹ dãdũ niſi ↄſuetudo ſit in ↄ̃riuꝫ. Et ſ̃ h̃ illõ q̃d dr̃ in. c. ſtatuim⁹. ſ. ꝙ q maioꝛ ē in ordine ſit potior in p̃cipiẽda portõe. debꝫ exponi potior. i. p̃oꝛ. ſ. vt p̃cipiat p̃us. Et h̃ ſuari põt vbi p̃bende nõ ſũt diſtincte. vbi võ ſũt diſtincte qlꝫ p ſe p̃cipit fructus ſuos ꝛ redditꝰ. q̃d võ dr̃ in p̃cipiẽda portõe exponit hoſti. i. in p̃ceptione p̃bende. q2 p̃bẽda diuidi nõ dꝫ. e x̃. de p̃bẽ. maiorib⁹. ꝛ e x̃. de eta. ꝛ q̃li. q̃ris. §. i. dr̃ ſimplr̃ ꝙ minores volẽtes ordinari maiorib⁹ nolentib⁹ ordinari p̃ferant̃. q̃ ꝛ in p̃bendaꝝ p̃ceptione ar. extra de priuile. q2 circa. Et eſt h̃ ↄſtitutio gn̄alis. vt declarat̃ extra de ↄſti. c. fi. q̃ in oi eccleſia ſiue ſint ibi quotidiane diſtributiones ſiue nõ. hꝫ locũ. Et credit hoſti. h̃ inductũ vt clerici redderẽt̃ ad p̃cipiendũ ordines p̃niores. di. 74. c. fi. in fine. Et ſic p̃rogatiua ordinis p̃fert̃ etiã p̃rogatiuẽ ãtiq̃tatis in p̃ceptiõe p̃bẽdaꝝ. Itẽ preferẽt̃ q̃s ſm hoſti. rõne ordinantis in p̃ceptõne bñficij q2 ſiqs recept⁹ ſit auctoritate pape preferẽt̃ recepti auctoritate legati vel epi vel capituli q2 hꝫ eẽm a maiori. ar. di. ii. q̃s neſciat.

Irca 3ᵐ ſciendum ꝙ intendim⁹ ad preſens potiſſime de preeminentia que attenditur ratõne iuriſdictionis. vnde ſm ꝙ iuriſdictio aſcendit ꝛ deſcendit ſic ꝛ dignitas ſiue preeminentia eſt maior vel minor. Papa enim ſuperioꝛ eſt omnibus. 9ᵃ. q. 3. per principalem. ꝛ. capi° ſequen. Deinde legatus

quo ad ꝓuintiaꝫ ſibi cōmiſſaꝫ. qꝛ gerit
viceꝫ pape. Deinde primas ſiue patriar
cha qui eſt iudex archiepōꝝ ⁊ epōꝝ
ſuffraganeoꝝ ſuoꝝ. Deinde archieps
qui eſt iudex ſuorum ſuffraganeorum ⁊
clericoꝝ ſue dioc. Deinde eſt eps iudex
abbatuꝫ archidiaconoꝝ ꝑpoꝝ ⁊ clerico
rum ſue dioc. Poſtremo eſt archidiaco
nus q eſt iudex archipreſbroꝝ. Archipſ
byter aūt preſbyteroꝝ prochialiuꝫ. Et
hec oīa graduū ptinet ad ꝯſeruationē
⁊ decoreꝫ eccleſie q conſiſtit in quodā or
dine. Sicͭ eniꝫ membroꝝ varietas per di
uerſa offiᵃ ⁊ robur corporis ſuat ⁊ pul-
chritudineꝫ repñtat. Ita pſonaꝝ va
rietas p diuerſa officia diſtributa fortitu
dineꝫ ⁊ venuſtateꝫ eccleſie manifeſtat.
Et qꝛ iuriſdictio ſup alios dn̄ium impor
tat. Ideo ratōe hui⁹ poſſunt h̄ aliqua de
dn̄io ſiue pſidentia queri. ſ. vtrū poteſtas
preſidēdi ſit a deo. R̄º q ſic R o. iz. non ē
poteſtas niſi a deo. diſtinguendū tam̄ eſt
ſm̄ Boñ. ⁊ Ric. q in hac poteſtate eſt cō
ſiderare tria. pmum eſt eſſentia ei⁹ que ē
qdā ordo ſupioris ad inferiorē ⁊ h̄ ē ſim
plicit̄ bona ⁊ eſt a deo. Hunc. n. ordinē in
ſtituit de⁹ ad laudeꝫ bonoꝝ ⁊ vindictam
maloꝝ. vt dicit̄. i. pe. z. zᵐ eſt mod⁹ acq
rendi ⁊ iſte ſi ſit iuſt⁹ ſimplr̄ loquendo ē
a deo reſpectu pſidētis ⁊ ſubiacētis. ſi vō
ſit iniuſt⁹ vt p induſtriā vel violētiaꝫ tūc
p ꝯpatōem ad meritū ſubiacentiū tal̄ p
ſidentia ē iuſta. qꝛ aut ē ad bonoꝝ ꝓba
tioneꝫ aut ad maloꝝ punitōeꝫ. p ꝯpatio
nem vō ad meritūꝫ pſidentis eſt iniuſta
Et pmoº eſt a deo faciente ⁊ ordinante ſ
illud Job. 34. q regnare facit hypochri
taꝫ ꝓpter peccata populi. ⁊ oſee. iz. dabo
tibi regem in furore meo. zºº. eſt a deo p
mittente nō aūt approbāte. Jō dr̄ oſee. 8
ipi regnauerūt ⁊ nō ex me pncipes exti
terūt ⁊ nō cognoui. zᵐ eſt mod⁹ vtendi
⁊ h̄ ſi ſit bonus eſt ſimplicit̄ a deo. ſi ma-
lus nō eſt a deo niſi pmiſſiue vl̄ pōt diſti
gui ſicut fuit diſtinctū de iuſto mō acqrē-
di. Utrum poteſtas preſidendi ſit bona
R̄º h⁹ qōnis reſponſio pꝫ ex rn̄ſione que
ſtionis imediate pcedentis. Ad maioreꝫ
tamē euidentiā ſciendū q ſm̄ Augꝰ. zº de
li. arbi. tria ſunt bona. ſ. maxima vt virtu
tes animi qb⁹ recte viuit̄ ⁊ nemo male
vtit̄. Minima ut hec tpalia bona ſine q
bus plurimis recte viuit̄ ⁊ quib⁹ plures
male utunt̄. Et media vt potentie anime

ſine quib⁹ nō recte viuit̄. quib⁹ tñ freqn
ter quis male vtit̄. Poteſtas autē dn̄an
di vt vult Boeti⁹. z. de ꝯſo. c. z. eſt ſup bo
na fortune que ſꝫ ibi bona infima et vr̄
maius bonū int̄ ea. vt. n. dicit̄ ꝑ polit. pn
cipari nō tantū eſt neceſſarioꝝ ſꝫ etiā ex
pedientiuꝫ. ſine h̄. n. reſpublica nō regit̄
vnde patꝫ q ptās talis eſt bonuꝫ expe-
diens ⁊ neceſſariuꝫ ad ſalutē reipublice
vel eccliē. ⁊ p ꝯn̄s eſt mai⁹ bonū q̄ȝ qd ē
neceſſariū alicui pſone puate qꝛ bonum
cōe eſt diuini⁹ q̄ȝ bonū pticulare ex pmo
eth. Non tñ ſequit̄ q ſit abſolute maius
bonū huic vel illi q̄ȝ ſubijci ſꝫ ſub ꝯditō
ne. ſ. ſi ſit ad hoc idone⁹. ¶ Utꝝ poteſtas
dominandi ſit appetenda. R̄n̄dꝫ Gual.
diſtinguēdo ſic. triplex eſt poteſtas domi-
nandi. vna temporalis que habetur per
hereditariam ſucceſſionem. Alia etiā tē-
poralis que acquiritur per electioneꝫ vl̄
principis ſubſtitutioneꝫ. Tertia ſpiritua
lis que habet animaꝝ curam ⁊ rerum
temporaliuꝫ adminiſtratōneꝫ. pma licite
poteſt appeti. qꝛ ⁊ ſiquis eam p ſe diſtin-
guit non poteſt per alios exequi. Secun
da etiaꝫ poteſt licite appeti tribus cōcur
rentibus. de quibus dicitur pmo pol. c. 6.
oportet inquit futuros principari princi
pales principatus. tria quidem habere
pmo amorem ad cōſiſtentem policiā.
zº potentiam maximoꝝ operuꝫ princi-
patus. zº virtutem ⁊ iuſticiam in vna-
quaqꝫ policia eam que ad policiam perti
net. licꝫ autē aliquis ſciens ſe habere hec
poſſit ꝓpter vtilitatem reipublice licite pn
cipatum appetere. non tamen debꝫ illum
petere. vnde zº politicoꝝ. c. 6. non bene
ſtatutum eſt ipſuꝫ petere qui principatu
dignificabitur. zᵃ vero. ſ. ſpiritualis nec de
bet peti nec licite poteſt appeti. vñ Augꝰ.
9. de ciuitate dei. c. 19. locus ſuperior ſine
quo populus regi non poteſt. ⁊ſi vt debet
adminiſtrat̄. indecenter tamen appetit̄.
In hac enim poteſtate attēdo tria. ſ. celſi
tudinē honoris abūdātiā ⁊ adminiſtratōꝫ
rei tpal̄. ⁊ exercitiū opōis ſpūal̄. ꝓpt̄ pᵐ
appetē platōꝫ ſpūalē ē pſumptuoſuꝫ ⁊ a
deo r̄probatū. Mat. zz. amāt pmos accu
bit⁹ i cenis ⁊ pmas cathedras i ſynagꝰ. ⁊
vocāi ab ho. rabi. ꝓpt̄ zᵐ appetē ē cupidi
tat̄ ſigᵐ. qꝛ tē ponit min⁹ boᵐ finē rei mē
lior̄. plaº. n. ſpūal̄ ē melior retpali. vñ dn̄s
Math. 6. primum querite regnum dei ⁊
iuſticiam eius ⁊ hec omnia adi. vobis

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Hunc appetitum reprobat dñs. Jo. vltio
dicens Petro. paſce oues meas non te.
ꝓpter tertium appetere eſt fatuum. quia
fatuū eſt appetere aliquid habere cum
periculo quod haberi poteſt ſine periclo
bene autem operari poteſt homo ſine pe
riculo prelationis. ⁊ ideo fatue prelatio-
nem appetit vt bene operari poſſit. opus
ergo ſm ſe poteſt deſiderari licite. non au
tem primatus honoris. vnde Chryſo⁹ ſu
per Math. Opus deſiderare bonum eſt
ꝑmatum autē concupiſcere honoris va
num eſt. Unde arguit ſic qui ſic appetit
prelationē ⁊ curam. ſ. ꝓpter bonū op⁹
annexum. aut credit ſe ad hoc dignū ⁊
tunc eſt preſumptuoſus ⁊ ideo indignus
aut credit ſe indignū ⁊ tunc eſt fatuus
⁊ peruerſus. ergo qualitercunq̧ appetit
illicite concupiſcit. Sed ꝯtra hoc ꝓuer. ii
dicitur qui animas ſuſcipit ſapiens ē. R⁹
non dicit qui curā animarum appetit.
ſed qui ſuſcipit. i. qui curam per obedien
tiā ſibi impoſitā ſuper ſe quaſi pondus
⁊ onus non vt honorē capit eſt ſapiens
quia eſt obediens. vel dic ſm glo. ꝙ loq-
tur in caſu quando ſcilꝫ oues ipſo vt cu
ratore ⁊ paſtore indigent. tunc qui ſuſci
pit bene facit quia anime ſue per hoc ꝓ
uidet. vnde cum dominio ſublimius regit
Nota etiā ſm Gregor. in paſtorali. tunc
erat laudabile epiſcopatū querere quā
do per eū non erat dubiū quenq̧ ad
grauiora ſupplicia peruenire. preſertim
cum aliquis ad hoc incitabat zelo chari
tatis diuine ⁊ pro illo tpe dicit apoſtolus
i. thim. 3. qui epiſcopatum deſiderat bonū
opus deſiderat. vtrum prelatio eccleſiaſti
ca ſit dominiū in ſubditos. R⁹ ꝙ ſic. Po
teſtas enī eccleſie fluit in eam a chriſto
ſm illud Jo. i. de plenitudine eius accepi
mus omnes gratiā ꝓ gratia. Poteſtas
autem chriſti fuit poteſtas dominij ſ illō
Jo. 13. vos vocatis me magiſter ⁊ domi
ne ⁊ bene dicitis. ſum etenī. ergo pote
ſtas prelatorū eccleſie eſt dominiū. Di
citur autē dominiū tripliciter. vno mo
do poteſtas ſubijciendi ſibi aliquē ex ne
ceſſitate. ⁊ ſic dominiū dicitur ad ſeruitu
tē conditione que coartat libertatē coa
ctione. ⁊ ſic dicit̃ colloceſes. 3° ſerui obe
dite per omnia dominis carnalibus. 2°
dicitur dominiū poteſtas imperandi ali
cui ꝓueniens ex mera voluntate talis ē
poteſtas prelati in religione. 3° dicit̃ do
minium poteſtas coherc̄endi ex publica
vtilitate ⁊ ſic dicit̃ dominiū poteſtas re
gendi in eccleſia. ꝑmum ergo dominiū de
bet incutere ſubditis timorē quia vt dic̄
ſapiens genus ſeruorū non niſi cū ſup
S Equit᷑ vidē de viſitatiōibus rōe quarum debent᷑ ꝓcurationes. ſciendum igit᷑ ꝙ tm̄ ſemel in anno regularit᷑ viſitatio fiet ſm hoſti. ⁊ Goff. vt pꝫ extra eo.romana. ⁊ di.18.qm̄. ⁊ tm̄ ꝑ vnū diem ꝓcurabit᷑.10.q.3.int᷑ cetera an̄ fi. ¶ Sed ꝯ qꝛ bis ꝓcurari pōt ī āno extra e.cū venerabilis. Rndeo ſꝫ Goff. illa decre.intelligit᷑ cum a fundatore on⁹ hinc ꝓcuratōis impoſitum erat: vel forte monaſteriū illud conſueuit viſitari a fauentinis ep̄is bis in anno. Uel dicendū ſm hoſti.ꝙ p̄a die qua venit ꝓcurabit᷑ in ſero: ⁊ tunc viſitat preſbꝛum: ⁊ craſtina die in mane conuocat ꝑplm: ⁊ reddit qđ dꝫ: ⁊ ſic ſumpto prādio recedit: ⁊ ad aliā vadit: ⁊ ſic ꝓcurat᷑ bis in anno in qualibet eccleſia. Uel dicendum ꝙ ꝓcurabit᷑ bis ⁊ ter ⁊ quater: ⁊ quotiens op⁹ fuerit ſ.quotiens circa eccleſiam cām p̄buerit: ⁊ correctōe idiguerit.18.q.2.viſitādi. ⁊ c. non ſemel. Forma autem viſitandi hr̄.10 q.i.placuit. ⁊ li.6.c.romana.§.ſane. Sed ⁊ quo ordine ⁊ quō ⁊ qn̄ ⁊ quotiēſ loca ſue ꝓuintie poſſit archiep̄us viſitare hr̄ i c.romana in p̄ncipio. Sed ⁊ hodie idicit᷑ archiep̄o.ſ.vt p̄ ciuitatē ſuā.2° dioceſim deinde ꝓuintiam vel ptem eius ciuitates ⁊ dioceſes circueat. ſuffraganeos ⁊ eorū ſubditos cathedralium ⁊ aliaꝝ eccliaꝝ capitula. monaſteria. eccleſias religioſas ⁊ alia pia loca cleros ⁊ ꝑplos viſitando receptis ꝓcuratiōibus a locis tn̄ libere viſitatis. Etſi archiep̄us non pōt cōmode ad qualibet eccleſiam accedere: poteſt de pluribus locis ad vnum locū ꝯgruū clericos ⁊ laycos conuocare. Ex quo tn̄ exiuit vnam dioceſim nunq̄ꝫ pōt ad eā cā viſitandi redire: donec alie dioceſes ſue ꝓuincie vel in totum vel in parteꝫ ſi ſecure pōt accedere: ⁊ ſua denuo fuerint viſitate: pōt tn̄ ad ipam dioceſim: quam exiuit ſi magis alijs indigeat viſitari: ad requiſitōem dioceſani reuerti. vel de conſilio ⁊ conſenſu maioris ptis oīuꝫ ſuorū ſuffraganeorum: qđ ſi malicioſe renuāt licentia a ſede ap̄lica cū fiducia requirat᷑ ſemel aūt ſic viſitatōe ꝯpleta pōt 2ª ſilis fieri. ſuffraganeoꝝ p̄us cōſilio requiſito ⁊ in reſcriptis redacta diffinitiōe ſuper h̄ habita coram eis: ⁊ niſi alij magis indigeant in hac 2ª viſitatōe viſitet illos: q ī p̄ma non fuerint viſitati. Primo autem v̄bo dei ꝓpoſito querat de vita de cōuerſatione miniſtrātiū: de cultu diuino: ⁊ alijs q̄ ſpectant ad hoc officiū de plano: nullo ſacro exacto. intendens emendatōeꝫ per ſalubꝛia monita ꝓponendo: nunc aſpera: nunc lenia. Si quos infamatos inuenerit denunciet ſi videt᷑ ſibi ſuffragari ꝙ ingrat crimina notoria: cū ex h̄ de negligē

prelatoꝝ liqueat: canonice puniat᷑. Precipit᷑ autem vniuerſis epis aliiſq; platis ordinario iure exceptis religioſis viſitantibus vt illam formā ſtudeant obſeruare vt patet ibidem .§. hanc autem debent ſ3 Hoſti. in ſumma obſeruare. Alij ī his in quibus poſſunt: ⁊ que ipſos tāgūt. ar. ex͞ de ſta. mo. c. vlti. in fine.. Conſtat enim ꝙ illud qḋ dictum eſt de conſenſu vel cōſilio ſuorum ſuffraganeorum non poteſt in epis: cum non habeant ſuffraganeos obſeruari. Sed ⁊ ſi epus ſuam dioceſim exierit: pōt eam nihilominus qn̄ ſibi placuerit ingredi: ⁊ non obſeruato locorum ordine viſitare. ¶ Sed nunquid legatus ſedis apoſtolice ordinē hunc ī viſitādo ſeruabit. Rndet Hoſti. ꝙ non includit᷑ ī illa decretalis. tum q2 vices pape gerit: tū q2 eccleſia romana ꝑuilegium contra ſe concedere non conſueuit. ex͞ c. cū iſtātia. Debet autem epus cum viſitat monaſteria ⁊ hoſpitalia ſecularia ⁊ religioſa cauere ab omī grauamine: ⁊ ſic ꝓcedere: ne forte qn̄ r̄ligioſi poſtea viſitabūt: inueniāt aliquid dignum correctione: nō ꝙ factū epi poſſint corrigere: ſ3 debent h̄ apoſtolice ſedi referre: vt ex͞ de ſtatu mo. ī ſinglis .§. porro. vel etiam metropolitano cui ſbeſt epus: vt ex͞ de offi. ordi. paſtoralis. vel ꝓuīciali capitulo: vt ex͞ de ꝑben. graue. ſm̄ Hoſti. Et cum viſitat monaſteria nō debet ſecū3 introducere clericos ſclāres niſi duos vel tres. ex͞ de offi. ordi. vt iuſta ¶ Sed nunquid pōt epus viſitando capitulum ſuum ⁊ eccleſias ciuitatis ꝓcurationem exigere. Rndeo ꝙ ſic. q2 ꝓcuratio ꝓcurationi eſt annexa. ex͞ co. cum venerabil᷑. Nec obſtat illud. 1z. q. z. charitatem. q2 ibi loquit᷑ de viſitatione ſbſidiaria. ſ. quando mortuo epo vocat᷑ ad cuſtodiam alter epus vicinus: cui ſufficē debet: ꝙ expenſas ſuas omnes q̄s facit extra domum habet: quinimo ſm̄ Hoſti. videt᷑ ꝙ etiam ibi computare deberet ea que domi expenderet: ſicut videm᷒ de illo qui de mandato ꝑncipis ꝓficiſcit᷑ in ꝓuintiam aliam: vt in auct᷒. de manda. ꝑn. §. illud. coll᷑. z. non autem loquimur hic de viſitatōe ordinaria. ¶ Quid ſi epus equitaturas ducit vltra conſuetum numeru3 Rndeo dicunt quidam ꝙ ſi nō ꝓcuret᷑ ⁊ ideo excōīcat ſubditum: ſnīa ē tenēda. ii. q. z. c. i. ⁊. z. Sed contrariu3 ſm̄ Hoſti. eſt dicendum: vt ex͞ de exceſ. pla. cum ad

quorūdam. Nam ꝓuidendum eſt vt tenuis vite hoīes iniurijs non grauentur: certum eſt tamen ꝙ ſi ꝓcuratio deneget᷑ denegans pōt excōīcari. ex͞ c. cum iſtātia in fine. Dubitatur autem de h̄ ꝙ ſm̄ ſup̄ dicta legatus archiepus: epus archidiaconus archipreſbyter omnes iſti viſitāt ⁊ cum quot equitaturis dictum eſt ſup̄. Sed certe ſi omnes iſti ad eandē eccliā3 ſemel in anno inclinauerint longi tempis victum breuis hora conſumet: qḋ eſt contra iura. 1o. q. z. inter cetera. ante mediu3 Rndeo ſm̄ Hoſt. metropolitanus hab3 ſuam viſitationem in ꝓuītia: vt ſinglis annis ꝓuintiale concilium faciet ſm̄ formam traditam. ex͞ de accuſa. ſicut olim. Dioceſes autem ſuffraganeorum nō viſitabit: niſi ſuffraganeis mortuis vel negligentibus viſitare. ar. 9. q. z. conqueſt᷒. Alij dicunt contrariū: q2 archiepiſcop᷒ viſitat generaliter totam ꝓuintiam. 9. q. z. archiepus. Et hoc pōt nō obſtāte aliq̄ preſcriptione: vt expreſſum eſt ex͞ de preſcrip. cum ex officij. Secundū vero Ho. de mente iuris ē: ꝙ plures viſitatores admittant᷑: vt eccleſia dei ſincerius regatur vicia purgent᷑: ⁊ virtutes inſerant᷑. Archipreſbyter ḡ viſitabit: ſi h̄ habeat de cōſuetudine: poſtea eps de iure cōī: poſtremo archieps de iure cōī. Et legat᷒ ſedis apl̄ice cum papa non poſſit venire: ⁊ cōtra h̄ ꝑſcriptio non currit. extra de preſcrip. cū non liceat. ⁊. c. cum ex officij. niſi ſbditus noīe ſubditi: vel nō ſubditus nomie ſuo preſcripſerit: vt in. c. cū ex officij. in q̄ cāu ſm̄ Hoſti. requirendus eſt titulus: ⁊ ſic intelligit illud extra de preſcrip. de quarta. ⁊ ſimilia. Subditus aute3 ex titulo conceſſionis ꝓprij prelati: h̄ ius preſcribē nō pōt: niſi p papam conceſſio confirmetur ⁊ a tempore confirmationis preſcriptio compleat᷑. ex͞ de preſcrip. ſi diligenti. ſic intelligit illud ex͞ de reli. do. cōſtitutus. ⁊ ſimilia. Omnes igit᷑ ſupradicti ad viſitādu3 admittent᷑: vbi eccleſia non grauat᷑ ſufficiat ergo epo: ꝙ eccleſie que ipm̄ ꝓcurare non poſſunt: p inferiores viſitent᷑ alioqn ipſemet ꝓuidebit ſibi. 1o. q. z. cauēdu3. Et ſic intelligi poteſt illud ex͞ de offi. ordi. inter cetera. Uel dic ꝙ loquit᷑ ibide3 de expenſis: que fiunt circa equitaturas emendas: ⁊ veſtes: ⁊ ſimila: ad q̄ preſbri nō tenent᷑. Nam ⁊ a iure conceditur ei cū impedit᷑ ꝙ p alium viſitet. Ipſe autē epus

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſi caſus qui non pōt p alium expediri ac-
cidat pſonaliter expenſis vadat. Item di
cendum eſt de archiepo.ſ.ꝙ ad locū non
declinet: qui non poſſit ipm recipere: niſi
ex cā puta ſi malam famam audiat: ⁊ ſi
epus negligens exiſtat: ⁊ tunc ꝓprijs ex-
penſis vadat vel de ſuo det quatenus ec
cleſia non grauet̄: h̄ enim de mente iuris
eſt: ꝙ in nullo caſu eccleſia grauet̄: extra
de cenſi.cum aplus.h̄ Hoſti.

De exceſſibus platoꝝ ꝯ
ſubditos ⁊ ecōꝰ ti.54ꝰ.

Viſo in precedētibus de his q̄
competunt platis. Et cum in-
terdum prelati excedant ꝯtra
ſubditos ⁊ ecouerſo: ꝯſequēt̄
videndum eſt de exceſſibus eoꝝ. Et pmo
cōiter de pluribus exceſſibus ſimul. 2ꝰ ſpe
cialiter de exceſſu ſimonie: qui eſt grauiſ-
ſimus inter alios exceſſus. Circa pmum
pmo de exceſſibus platoꝝ i ſubditos. 2ꝰ
de exceſſibꝰ ſubditorum in platos. Cir
ca pmū ſciendū: ꝙ excedūt aliqn̄ prelati
dum nolunt abſolutōis beneficium ſine
certa q̄ītitate pecunie impartiri. extra de
ſimo.ad aures. qd̄ intelligas ſm Hoſti.
qn̄ petunt ꝓ beneficio abſolutionis: qd̄ ē
ſimoniacuꝫ. Secus eſt ſi ꝓ pena ſiue mul
cta impoſita petant. Etſi conſuetudo ſit ꝙ
ꝓ abſolutōne pecunia petatur: non valet
conſuetudo ta is: q2 eſt irratōnabilis. ex
de ſimo.non ſatis. Si auteꝫ ſit ꝯſuetudo
ꝙ petatur pro contumacia punienda:
valet ar. extra de penis dilectus. Et idem
dicendum eſt de ſtatuto. In his ergo ca
ſibus abſolui debet libere excōicatus: ⁊
eo abſoluto cogi pōt ad ſatiſfaciendum
de pena. Si autem nō ſit conſuetudo vt
petat̄ non pōt exigi: cū nec fuerit excōica
tus ꝓ illa. Sic intellige ſm Hoſti. illud ex
de ſimo.ad apicam.⁊.c.ad aures. Exce-
dūt etiā ſubtrahēdo ⁊ diminuēdo reddi-
tus ſubditorum: quos potius defendere
deberēt ⁊ tueri: vt ex de reſti.ſpo.ꝯq̄rente
Coguntur aūt reſartire damna: vt patet
ibidem.c.grauis. Et puniri poſſunt pena
extraordinaria: ⁊ ſunt omnia reintegrāda:
vt ex e.c.2. Nec debent eos irrōnabiliter
grauare: vl' inhoneſte tractare: ſed tanq̄
filios ⁊ fratres fraterna charitate tueri: ⁊
honorare. ex e.c.i. Excedūt etiā ꝙ ſeipos
inſtituunt in eccleſijs ſibi ſubditis: vnde

cogunt̄ eas dimittere: vt ex e.ad aures.
Excedunt etiaꝫ denegando ſacramenta
malitioſe: ⁊ ſine cā: in quo caſu videt̄ ꝙ
alibi poſſunt accipi. ar. extra de preſcrip.
cum olim: qd̄ eſt verum de ꝑuilegiatis: vt
patet ibidem. ⁊ in caſibus conceſſis ex
de regularibus licet. ⁊ de ſepul.c.i. als ꝯ.
extra de tempo.ordi.ad aures.⁊.c.ꝙ trāſ
lationeꝫ. ⁊ de pe. ⁊ re.omnis. ſed eſt ad ſu
periores recurrenduꝫ: vt extra de iurepa
tro.nullus. Sed ⁊ aliqua ſunt: que in ne
ceſſitate a quolibꝫ accipi poſſunt. de ꝯſe.
di.4.ſanctum eſt. ⁊ extra de offi.ordina.
paſtoralis.§.ꝑterea. hec Hoſti. Excedūt
etiam in exigēdo: dum imponunt tallias
collectas idebitas. ex e.c.i. Excedūt etiā
quia dum eccleſie romane vel eiꝰ legatis
ſubueniunt: querunt predam potius q̄
ſubſidium in ſubiectis: vt habitum eſt ſ
ti.ꝑcedenti.ar.2. Excedunt etiam quia de
facili ſine cauſa ⁊ ſine ordine iuris excōi
cant ⁊ ſuſpendūt: cum excōicatio: que ē
eterne mortis damnatio ſine certa ⁊ ma-
nifeſta cā fieri non debeat: nec ꝓ paruis
⁊ leuibus cāis: vt dicit̄ .ii.q.2.nemo.⁊.c.
nullꝰ. Excedūt etiā dum malos clericos
ordinant. diſ.59.ſi officia. Excedūt etiam
dum exquiſita ⁊ ſingularia cibaria que
runt.12.q.2.gloria. Excedūt etiam quia
circa diuitias ⁊ ornatū eccleſiaꝝ omne
ſtudium ſuum apponunt: ⁊ de miniſterio
nō curant: cōtra quos inuehit̄ Hieroꝰ. in
pallegato.c.dicens. Marmora nitēt au-
ro: ſplendent laquearia gemmis: altare
diſtinguit̄: ⁊ miniſteriorū chriſti nulla ē
dilectio. Excedūt etiā epi dū ab abbati-
bus ⁊ monachis aliq̄ exigūt ꝯ ordinis i
ſtituta: vt ex e.ſane. ⁊ de ſimo.ne dei eccle
ſiam.cuꝫ ea ad que tenent̄ abbates epis
ſcripta ſint.18.q.2.h̄ tn̄.⁊.c abbates. ⁊ ex
de offi.ordi.ꝯquerēte. vn̄ ſi epi idebita ⁊
inſolita exigāt: poſſūt abbates iure ꝓprio
denegare: vt ex e.ſane. niſi platus eſſet in
poſſeſſiōe: vel quaſi eiꝰ qd̄ exigit: tunc.n.
illud ſubtrahere ſubdito nō licet̄: vt ex
vt li.pen.a memoria. Excedūt etiā dū re-
ligiſos ꝯ idulgētias ⁊ ꝑuilegia ſua mole
ſtant. ex e.c.nimis.⁊.c.tanta. Excedunt
etiam ꝯ eoſdem multis alijs mōis a qbꝰ
ceſſare iubent̄.li.7.e.ti.frequēs. quidam
etiā plati nimis ḡuant monaſteria ordis
ciſterciē.li.7.de cenſi.ad noſtrum. Exce
dūt etiam i multis alijs: que dimitto gr̄a
breuitatis.

SEquit᷑ videre de 2°. s. de excessib⁹ subditorū in prelatos. Circa qđ sciendum ꝙ subditi qñcūqȝ deliquunt in supiores subtrahēdo se ab obedientia eorum: qđ facere non possūt etiā auctoritate archiepi: cum non habeant ptātem in subditos suffraganeoꝝ suorū. vt eˣ de exces. p̄la. sicut nisi in casibus. Offendunt etiā prelatos subditi erigēdo contra eos ceruicem ⁊ calcaneum. In q̄ casu si vicarius insurgat contra psonam ecclesie: falso sibi assumendo psonā: non tm̄ p̄uatur beneficio ꝓpter fidem nō seruatam: vt extra de iureiur᷑. querelam. sed etiam ī toto ep̄atu ad executōȝ sui officij nullatenus admittetur: vt extra eo. illud. Astricti enim sunt vicarij ad seruiendū ecclesijs ⁊ personis: vt extra de offi. vica. ad h. Archidiaconus etiam: qui contra fidem homagij prestiti: ⁊ debitam reuerētiam episcopum dominum suum fore negauerit: vel sup rebus spūalibus euȝ ad forum seculare traxerit: vel inuasori ipi⁹ episcopi vel sociorum eius: ⁊ fratrum ei⁹ cum suis complicibus cām vel cōsilium dederit: tanq̄ȝ membrum putridum debȝ ab archidiaconatu ⁊ ecclesia ppetuo remoueri. Ita ꝙ eius beneficia p illos ad quos donatio ptinet psonis idoneis cōferant᷑. h Hosti. Item offendūt supiores quando sunt tanq̄ȝ singulares ī aliqua ecclesia: ⁊ de nouo fabricant sigillum: qđ nunq̄ȝ consueuerūt habere: qđ non debēt facere: ⁊ si fecerint vti eo nō debent: vt eˣ eo. dilecta. ergo a contrario: si tanq̄ȝ collegium congregati sunt: licet eis sigillū hr̄e extra de appel. significauit. licet tn̄ cuilibȝ habē sigillum tanq̄ȝ singulari ⁊ priuato: quia h etiam layco licet: vt. ff. de pcura. si pcurator. Sed ⁊ si quis ꝓpriuȝ sigilluȝ non habet: alieno sigillare pōt: dȝ auteȝ exprimere hoc mō: ⁊ qꝛ ꝓprio sigillo carebam: tali sigillo p̄ntes litteras sigillaui ar. C. de testamentis. si vnus. ¶ Sȝ quō sciam vtrum aliqui sunt in ecclesia tāq̄ȝ singulares vel tanq̄ȝ collegium. Rn̄deo p speciale p̄uilegium eis concessum si appareat. ar. eˣ de elec. sacrosācta. qđ si nō apparet considerandus est vsus ecclesie: si enim nunq̄ȝ consequentes act⁹ habuerunt: nec elegerūt: nec p syndicuȝ responderūt: nec archam cōem vel sigillum cōe hactenus habuerūt singulares indicant᷑: vt extra e. dilecta. Al's si h ꝓxime dicta ꝯsueuerūt hr̄e ⁊ exercē collegiū indicāt᷑ extra de elec. c. i. ⁊ de syndico. c. i. licȝ autē singulares psone in p̄iudicium p̄uati nō possint p se ipos collegiare: pōt tamen h fieri auctoritate pape vel de consensu diocesani etiam inuito p̄rono in fauorem ecclesie. Si aūt archidiacono vel alteri clerico fieret: enorme p̄iudicium est eidē in alijs restaurandum. sic intellige illud. c. sacroscā. ⁊ eˣ de vi. ⁊ ho. cle. qm̄. h Ho.

## ¶ De simonia. ti. 55.

COnsequent᷑ viso de excessib⁹ prelatorum in subditos ⁊ cōuerso. Cōsequent᷑ cōsiderādū est de simonie excessu spāliter Et p̄ quid sit ⁊ vnde dicat᷑. 2° vtruȝ sit peccatum. 3° q̄t ⁊ quibus mōis ꝯmittat᷑ 4° qua pena simoniaci feriant᷑. 5° de restitutōe simoniace receptorum. 6° q̄ dispensatio circa eos ⁊ p quos adhibeatur. 7° spāliter de simonia: quam ꝯmittūt p̄lati vices suas vel ecclesias ꝓ censu annuo ꝯcedendo. 8° vtꝝ ꝯmittat᷑ simonia: si exigat᷑ pecunia ꝓ doctrina ⁊ docēdi licētia. 9° de quibusdam casibus dubijs circa simoniam. 10. qui admittunt᷑ ad accusandum simoniacū: ⁊ testificandū cōtra eū. ¶ Circa p̄mū querunt᷑ plura. p̄mo quid est simonia. Rn̄ s̄m Dam. ⁊ alios plures doc. iuris canonici: ꝙ simonia est studiositas siue studiosa cupiditas emendi vel vendēdi spūalia vel spūalibus annexa. Et redit in idē cū descriptōne magistrali quaȝ ponūt doctores sacre scripture. s. ꝙ simonia ē studiosa voluntas emendi vel vendēdi aliqd spūale vel annexū spūali Et elicit᷑ ex v̄bis Gregi. naza. i. q. i. q igr studet donū dei mercari p̄cio: pmanē non pōt in ordine sacro. ¶ Obijcit᷑ aūt cōtra dictā descriptōem: qꝛ ipa innuit ꝙ simōia ꝯmittit᷑ sola intentōe: cui⁹ ꝯriū vr̄ p plaiura: vt eˣ e. tua nos. i fi. ⁊. c. vlti. ⁊ eˣ vt eccle. bn̄ficia. vt nr̄m. ꝓpt᷑ qđ dixit Tanc ꝙ sola pactio facit aliquē simoniacū. h idē videt᷑ sentire Ber. eˣ e. c. vlti. ⁊. c. cōsulere. vbi dic᷑ ꝙ non credit ꝙ sola volūtas faciat hominem simoniacum: lȝ al's peccet. Sed Hosti. dicit concordando: ꝙ sola volūtate committitur simonia: quo ad deum: non tamen quo ad ecclesiam: vt extra eo. tua nos. in fine. Unde talis si mōia sine resignatōne ⁊ restitutōe ei⁹ qđ

taliter ſine pactione aliqua eſt receptum
p penitentiam deletur: vt extra co.c.vlti.
Et ſi obijcit᷑ q̄ ſola intentiõe cõmittitur
vſura.extra de vſuri.conſuluit. Reſpon
det q̄ hoc nõ eſt verum in foro iudiciali
vt patet ex̄ de vſuri.in ciuitate:ſed in peni
tentia inducit᷑ vſurarius ad reſtituẽdũ
ſic accepta: vt dicit.c.conſuluit. ¶ Si q̄
ratur quare etiam hic in penitentia non ĩ
ducitur abbas ad reſtituendum: ⁊ mona
chus ad renunciandum:ſicut vſurarius
ad reſtituendum. Rndeo diſtinguendũ
eſt: q̄ quedam ſũt ꝓhibita q2 ſimoniaca
vt emere vel vendere ſacramenta. Et bre
uiter om̃ia que erant ĩ veteri nouoq3 te
ſtamento ſimoniaca: ⁊ ĩ his ſufficit ſola
voluntas.ſ.ad introducendu3 peccatum
ſiue ſtet in finibus ſuis:ſiue ꝓgrediatur
vlterius ad actum emendi vl᷑ uendendi
vel etia3 paciſcendi. Sed non ſufficit ad
introducendam irregularitatem : ſi non
ꝓgrediat᷑ ad actum paciſcendi: queda3
vero ſunt ſimoniaca q2 ꝓhibita p eccliã:
vt cum quis renũciat ſue eccleſie: hac cõ
ditione vel pactiõe: vt detur cui placuerit
ſibi: ⁊ illis non obeſt ſola volũtas: ſed re
quirit᷑ actus paciſcendi ad introducẽdũ
peccatum.extra de offi.dele.ex pte. ⁊ de re
nũc.de multa. Non enim peccat qui vult
renunciare: vel etiam actu renunciat be
neficio ad opus alteri9 ſi dignus ſit: du3
tamen pactio non intercedat. Hoſti. vero
de his: que ſunt ſimoniaca ꝓpt᷑ ꝓhibitiõe3
eccleſie ponit exemplu3 de venditõne be
neficij dicẽs: q̄ non erat ꝓhibita ĩ veteri
teſtamẽto. Hodie ergo eſt ſimoniaca: q2
ꝓhibita: vnde hodie eſt ſimoniacu3 vẽ
dere vel mercari gaſtaldia.hyconomatũ.
aduocatiam. ⁊ hi9.extra c.ad noſtram. ⁊
i.q.i.ſi quis. ⁊.q.3.ſaluator. Et ĩ his nõ
obeſt ſola voluntas: ſed requirit᷑ actus
quo ad eccleſiam. H Hoſti. Predicta tñ
diſtinctio circa ea: que ſunt ſimoniaca po
nit᷑ cõiter a doctoribus modernis ⁊ an
tiquis: ⁊ ponitur a Ber. ex̄ de offi.dele.ex
pte.i. Hoſti. ergo reſpondens ad q̄õnem
p̄miſſam dicit: q̄ illõ qd̄ ſeruatur de vſu
ra: que vtroq3 teſtamento condemnatur
ſeruabit᷑ etia3 de ſimoniacis p̄mo modo
dictis. Et ſic intelligi põt illud.i.q.i.qui
ſtudet. ⁊.c.reperiunt᷑. ⁊ ſimilia. De ſimo
niacis võ 2° mõ dictis loquitur ex̄ co.c.
vlti. vnde videt᷑ ſm ipm: q̄ ſi eps tali ſpe
ductus.ſ.pecuniã habendi clericum ſecu

larem ordinauit: ⁊ poſtea pecuniã: quam
ſperauit receperit induci debet in iudicio
aie: vt pecuniam reddat: ⁊ clericus q ea
dem intentione3 habuit: induci debet: ne
ſuum exequat᷑ officium: quouſq3 ſecum
fuerit diſpenſatum: tñ quo ad eccleſiam
celebrabit. Reddit etiam aliam rõnem
ipe Hoſti.ſ.q̄ monachus nihil ꝓpriũ h3:
vnde q̄ntũcunq3 ſibi preciũ reſtitueret᷑:
precium ſemper eẽt monaſterij: ſed ei qui
dederit vſuram reſtitutio fiet: quia ꝓpriu3
habet. ¶ Obijcit iterum Hoſti.ↄ̄ eande3
deſcriptionem: q2 innuit: q̄ ſine ſtudioſa
cupiditate emendi vel uendendi ſpũalia
ſpũalia: vel ſpũalibus annexa non com
mittit᷑ ſimonia: qd̄ eſt falſum: vt patebit
j. Propter predicta igit᷑ Hoſti. deſcribit
ſimoniã ſic. Simonia eſt ſpũaliũ vel ſpũ
alibus annexorum p̄cedente pacto pro
miſſionis.conditionis.modi.ſeruitij.pre
cij.vel cuiuſuis tẽpalitatis receptio. ſiue
donatio. H autem deſcriptio ex his q̄ dicẽ
tur.j.patebit. Poteſt tamen deſcriptio p̄
poſita ſuſtineri dicendo q̄ ſtudioſa volũ
tas dicit᷑ ibi volũtas ad actu3 exteriorẽ
ꝓgreſſiua.ſm glo.i.q.i.qui ſtudet. Põt
etiam dici q̄ q2 peccati pfectio ẽ ĩ electiõe
l3 q̄nq3 homo inclinet᷑ ad h ex infirmita
te vel ignorantia. Ideo ſimonia dicitur
volũtas ſtudioſa: vt itelligat᷑ eẽ volũtas
eligens: non ſurreptitia. Nomine vero
emptõis ⁊ venditõis intelligit᷑ ibi om̃is
contractus non gratuitus: vnde etia3 di
gnitates vel p̄bẽde vel alia eccleſiaſtica
bñficia pmutari nõ poſſunt auctoritate
ptiũ ſine ſimonie piculo: ſicut nec trãſigi
ex̄ de tranſ.ſup eo. Epũs tamen hoc facẽ
põt ꝓ cã neceſſaria vel vtili.ex̄ de reru3
pmu.queſitũ. Eſt aũt tranſactio de re du
bia lite incepta: ⁊ nõdũ finita: nõ g̃tuita
pactio: vñ dicit Roõ. q̄ ſimoniaci ſũt q
inter ſe paciſcunt᷑ hoc mõ: tu facies pro
poſſe tuo: q̄ ego habeam beneficium tuũ
⁊ ego q̄ tu meũ. Poſſunt tamen ſibi vo
lũtates ſuas inuice3 intimare: dicẽdo ſic
libentius eſſem in eccleſia tua: ⁊ ecõuerſo
⁊ epo ſignificare. ¶ Ulteri9 ad euidentiã
p̄dicte deſcriptõis videndũ ẽ qd ibi dica
tur ſpũale: ⁊ qd annexum ſpũali. Circa
qd̄ ſciendũ: q̄ ſpũale põt dici dup'.ſ.per
compatiõem ad ſpm̃ ſcm̃: ⁊ p compara
tionem ad ſpiritum humanu3. Spiritua
le dictum p̄mo mõ poteſt dici tripliciter.
ſcilicet p eẽntia3: vt gr̃a ⁊ virtutes g̃tuite

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

p caſualitatem ⁊ diſpoſitionem: vt ſacramenta: que ſunt quodāmodo cā gratie ⁊ virtutū. ⁊ per effectum: vt ea que conueniūt alicui ex aliquo dono vel officio ſpūali: vt ꝓphetare: miracula facē: diuinum officium celebrare. Annexum aūt ſpūali ſcilicet p comparationem ad ſpm̄ ſanctū dicitur multipliciť. Uno modo: qꝛ in eo ſpūale miniſtratur: vt vaſa ſacra. eccleſia cimiterium. Alio modo qꝛ ex ſpūali dependet ſiue cōſequitur: vt habere eccliaꝫ vel dignitatem eccleſiaſticam: canoniaꝫ vel ꝑbendam: ſiue aliud bñficiū eccleſiaſticum: vel ius ꝑcipiēdi fruct⁹ ꝓuenīētes ex ꝑdcis vł ius ꝑcipiēdi decias: ꝑmitias vel oblationes: hec enim omnia ordini clericali annexa ſunt: quia ſolis clericis conueniunt. 3° mō qꝛ antecedenť ad ſpūalia ordinať: vt ius pſonatus: qđ eſt poteſtas preſentādi ad officiū eccleſiaſticū. Poſſet tñ etiam annexuꝫ ſpūali dici largo modo ſpūale. Spirituale ꝑ mō dictū nec de iure nec de facto pōt vendi. Spūale vero 2° modo ⁊ 3° ⁊ etiam annexum quocunqꝫ modo dictum vendi non pōt de iure: ſed de facto tm̄: que patebūt. j. plenius. Et ſicut ſpūale ꝑdictis mōis dictuꝫ nō poteſt vendi ⁊ emi: ita nec redimi vel reſignari p pecunia: vt extra e. querelam i. q. i. nullus epūs. 2. Non poteſt inquam redimi ab illo ſcilicet qui ius habet percipiendi: al's poteſt redimi ſicut redimunť decime de manu militum eas iniuſte detinentium. In omnibus enim predictis oīs ꝓmiſſio: omnis conditio: omnis pactio cōmodi temporalis ſimoniam inducit: vt extra de pac. c. vltl. ⁊ i. q. 2. q̄ꝫ pio. Cōditio tamen licita ⁊ que de iure eſt poteſt apponi. ex̄ de elec. ſignificaſti. ¶ Spūale autem p comparationem ad ſpirituꝫ humanum diciť dupliciter. Uno modo per eſſentiam: vt ſcientie ꝓhice: que p inueſtigationem ⁊ doctrinam humanam acqruntur. Alio modo per cām: vt doctrina predictarum ſciarum. Sciētie nec de iur nec de facto poſſunt vendi. Unde ꝓv̄. 17. Quid ꝓdeſt homini ſtulto hr̄e diuitias: cum non poſſit emere ſapientiā. Doctria vero de iure ⁊ de facto poteſt vendi: de q̄ dic vt. j. Annexa vero huic ſpirituali: vt ſchole ⁊ libri vendi poſſunt de facto ⁊ de iure cōmuni: niſi eccleſia locum ſcholaꝝ aſſignaret doctori. ¶ Unđ diciť ſimōia Rndeo a Simōe mago: qui voluit emē gr̄am a beato Petro Actl. 8. Giezita vo diciť a giezi ſeruo Helizei: q vēdidit gratiam ſanitatis Naamā ſyro. 4. Regl. 5. i. q. i. qui ſtudet. Ex quo patet ꝙ venditoꝛ ſpūalium ꝓꝛie diciť gieziticus. emptoꝛ vero ꝓꝛie ſimoniacus vſus tñ obtinuit: vt vterqꝫ ſimoniacus dicať. ⁊ h̄ ꝯuenienter. Ad h̄ enim Simon voluit emere pecunia donum ſpūs ſācti: vt aliȷ̄ poſtea venderet: vñ in eo fuit q̄ſtū ad volūtatē viciū emptoris ⁊ venditoris.

Sequiť videre de 2° ſcilicet vtruꝫ ſimonia ſit peccatum. Rndeo ꝙ ſic: etiam moꝛtale valde graue. Unđ. i. q. i. qui ſtudet. diciť crimē capitale. Sicut enim dictum eſt. 2. li. aliqs act⁹ ē malus ex genere: ex hoc ꝙ tranſit ſuper materiam indebitam. Emptionis autem ⁊ venditionis īdebita materia eſt res ſpiritualis. Cuius ratio eſt triplex. Prima eſt: qꝛ res ſpūalis non poteſt aliq̄ terreno ꝑcio compenſari: ſicut diciť de ſapia. ꝓv̄. 3. precioſioꝛ eſt cunctis opibus: ⁊ omnia que deſideranť huic non valent comparari. Et ideo Petr⁹ dixit Simoni Actl. 8. Pecunia tua tecum ſit in perditionem quoniam donum dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. 2ª ratio eſt: quia illud ſolum ē materia debita venditionis: cui⁹ vēditoꝛ eſt dominus: prelatus autem eccleſie nō eſt dominus rerum ſpiritualium: ſꝫ diſpēſatoꝛ. ſꝫ illđ. i. Coꝛ 4. Sic nos exiſtimet homo: vt miniſtros chriſti ⁊ diſpenſatores miniſterioꝛum dei. 3ª eſt ratio: qꝛ vēditio repugnat oꝛigini ſpiritualium: que pꝛoueniunt ex gratuita dei voluntate. Uñ Mathei. 10. diciť. Gratis accepiſtis gratis date. Et iđo aliquis in vendendo ⁊ emēdo ſpiritualia exhibet irreuerentiam deo ⁊ tribus perſonis diuinis: ideo peccat peccato irreligioſitatis. Comparatur autem peccato hereſis. i. q. i. q ſtudet. ⁊ i. q. vltl. c. finali. non quia ſit hereſis ꝓꝛie: ſed ſimilitudinarie: quia ſimoniacus ita opatur: ac ſi contra fidem ſentiret: dum ſcilꝫ emere ⁊ vendere precio ſpiritualia nitiť.

¶ Utrum in his que ſimoniam inducit auctoꝛitas pape excuſaret a ſimonia. Reſpondet Her. extra de pactis. cum ꝑdeꝫ. ꝙ in his que ſunt ex ſui natura ſimoniaca in veteri teſtamento: vt vendere ſacramenta ⁊ huiuſmodi ſpiritualia non excuſat auctoꝛitas pape. In his vero que ſūt ſimoniaca per cōſtitutionē ecclie excuſat

quia pōt in talibus diſpenſare. ẜ Ber.
Unde pape non liceret accipe pecuniam
ꝓ aliqua re ſpūali:ſicut nec alteri homi:
imo tanto peccaret grauius:q̄nto locum
maiorem obtinet. Lʒ enim res eccľie ſint
ipſius vt diſpenſatoris ꝑncipalis:non tñ
ſunt ipſius vt dñi ⁊ poſſeſſoris. Et iō dic̄
Tho. ꝙ ſi reciperet pecuniam ꝓ aliqua
re ſpūali:ſiue de bonis eccleſie:ſiue de bo
nis alijs non caret vicio ſimonie.
SEquit̄ videṅ de 3°.ſ.quot ⁊ q̄bus
modis ɔmittit̄ ſimonia. ¶ Circa
qō ſciendū:ꝙ ſimonia ɔmittit̄
triplici munere:vt dicit Gregl. ꝓpter qō
dicit̄ Yſa.33. Beatus qui excutit manꝰ
ſuas ab omi munere. Eſt enim munus a
manu.ſ.pecunia ⁊ a lingua.ſ.fauor:⁊ ab
obſequio:vt ſeruitus indebite impenſa.i.q.
i.ſunt nōnulli. Et contrahit̄ qn̄q̄ ex al
tera pte tm̄.ſ.dantis ⁊ accipientis:qn̄q̄
ex vtraq̄:qn̄q̄ ex neutra:vt cum vtroq̄
ignorante amicus ordinandi dat aliq̄d
conſiliario epī vel pmittit.i.q.i.ſtatuimꝰ
⁊.c.ſi qui a ſimoniacis ¶ Preter triplex
aūt munꝰ p̄dictū cātor Pariſieñ. poſuit
4m.ſ.munus ſanguinis:vñ dixit ꝙ con
ferre eccliam vel p̄bendam alicui intuitu
conſanguinitatis eſt ſimoniacum. Sed
alijs vt Alex.de an. ⁊ Tho. videt̄ ꝙ hoc
ſit bene graue peccatum:non tñ ſimonia
cum:q2 nihil ibi in p̄ciuʒ dat̄ vel recipit̄
qō ad ſimoniam requirit̄. Si tñ aliquis
prelatus beneficium aliqō eccleſiaſticuʒ
alicui daret hoc pacto vel itentōe vt ipe
ſuis conſanguineis ꝓuidēt ſimoniacus
ēēt. De tribus ḡ muneribus ſupradicti
p ordinem eſt dicendum. Et p̄ de munē
a manu. ¶ Notandum ḡ ꝙ hoc munus
dare vel accipe ꝓ ſpūalibus:vel etiaʒ an
nexis ſpūalibus ſemp inducit ſimoniaʒ
niſi adeo ſit puum:ꝙ nō debeat inducē
ꝓmouentis animū inſpectis cā tempore
⁊ qualitate pſonaꝝ:vt ex̄ e.⁊ſi queſtōes
qō eſt verum ſi pactū non preceſſiſſet:al̄
contra:vt extra e.tue. ⁊.i.q.i.placuit vt
nullus. Et iudices p̄cipue debent intendē
q2 quicq̄d agant hoies intentio indicat
omēs.ſ. quo ad deum.ex̄ de elec. cum ex
officij. Jdo dicit Laurē.muneribꝰ dādis
attēde q̄tuor iſta.quis dās:quiſue petēs
que res:que cā petendi. quis.ſ.paup vel
diues:que res precij magni vel pui:⁊ p̄t
addi 5m.ſ.an inſtante neceſſitate vl̄ alio
tpe conferāt. Uetus.n.ꝓuerbium eſt. nec
omēs nec omia nec ab omnibus. Ualde
n. inhūanū eſt a nemine velle recipe:ſed
⁊ oia ⁊ ab oibus viliſſimuʒ eſt.ff.de offi.
ꝓcon.ſolent.§.vlt. Ergo eſculētuʒ ⁊ po
culentū:qō ɔſumi poſſit infra triduum
recipe licʒ.ff.d offi.preſi.plebiſcito. Si tñ
corrupta intentōe ⁊ ſine pacto dent̄ vel
recipiant̄ munera q̄ntūcunq̄ pua cōmit
titur ſimonia.ſ.quo ad deū:q tñ ſine reſi
gnatōne executōis ordinis vel beneficij
collati:purgat̄ ſola pnia. Et ẜm hoc pōt
itelligi illud ex̄ e.nemo.ẜm Hoſt. ¶ Sci
endum igit̄ ꝙ nihil dʒ cōferri nec recipi
ꝓ ſepulturis aut exequijs mortuoꝝ:vel
benedictōibus nubentiū:nec ꝓ criſmate
nec ꝓ oleo ſancto.ex̄ e.cum eccleſie.ea q̄
ad nr̄am ſniam in tm̄. Nec ꝓ eccleſia cō
ferenda vel coſecranda:vel abbate vel
abbatiſſa in ſede ponēda. Nec ꝓ eccleſie
inueſtitura:nec ꝓ ɔſecratōibꝰ epoꝝ itro
nizatōibus coꝝ:bn̄dictōibus abbatum:
ordinatōibus clericoꝝ:lʒ de corruptela
ſit taxatum q̄ntum ſit iſti vel illi tribuēdū
vt ex̄ e.intantū.ſicut nec ꝓ aliq̄ ſacramē
to eccleſie:nec etiam ꝓ paſtu vel paſtillo
vel ꝓ voce vel ꝓ calamo:ſiue ſcriptura ⁊
ſimilibus eſt aliq̄d petendum vel dandū
ex̄ e.veniēs.⁊.c.i.⁊.i.q.3.ſi qs obiecerit.
nec aliqua conſuetudo ꝓdeſt vt ꝓ talibꝰ
aliquid exigatur.extra e.non ſatis.⁊.c.
ſequenti. ¶ Si obijciat̄ ꝙ conſuetudīes
laudabiles obſeruari debent.i.q.3.queſi
tum.⁊ di.18.de eulogijs. Dicendum ẜm
Hoſti.ꝙ ex pacto nihil recipi debet obtē
tu alicuius conſuetudinis:ẜ recipi pōt ſi
offerat̄ gratis:ſicut curia tenet ⁊ ꝓbat̄
ex̄ e.dilectus filius. Et dicet̄ iam ſtatim
j. Uel etiā ẜʒ eundē Hoſti.meliꝰ ſic. Aut
clerici exigunt a laycis obtentu ɔſuetu
dinis:⁊ tunc non debent clerici retinere
pignus ſpūale:ẜ gratis debent ſepelire:vl̄
benedictiōem dare:⁊ poſtea veritate co
gnita p epm̄ loci cogent̄ layci laudabilē
conſuetudinē obſeruare.ex̄ e.ad aplicā.
Aut clerici a clericis:⁊ iſti ſi petāt aliq̄d i
quo ꝓpria ⁊ p̄uata vtilitas verſat̄ nō vʒ
vt patet in dictis.c.queſituʒ.de eulogijs.
¶ Excipiunt̄ autē quidam caſus a iure:
in quibus munus a manu recipitur:vel
recipi pōt. Unus eſt ſi offerat̄ gratis.ex̄
eo.dilectus filius.in fine glo.a. Si autem
dubitetur vtrum gratis vel ex pactōne
vel ex corrupta volūtate ſit datū:debēt
attendi prenotata ſup̄ ꝓxime. Et ẜm ea

preſumi pōt.p ⁊ contra.ſ.in foro cāꝝum
ſed in foro conſcientie attendit̄ intentio.
Quidam tamen quibus conſentit Ray.
diſtinguunt:qꝛ aut dat̄ aliquod tpale.p
ſpūali:ſiue ꝓpter ſpūale pncipalit̄: ⁊ ſic ē
ſimonia.i.q.i.eos.in fine.⁊.q.z.ſi quis p
bendas. Aut nō pncipalit̄:ita ꝙ alſ da
retur:⁊ ſic nō eſt ſimonia.ex̄ eo.⁊ ſi que
ſtiones.dilectus filius a.in fine.De qua
opi.dicit Roꝺ.ꝙ videt̄ dura:qꝛ raro vl̄
nunꝙ̄ contingeret h̄:qn̄ enim epūs Pa
riſienſis itronizat̄ p archidiaconū Se
non̄. conſueuit ei dare dimidiā marcam
auri:quō autem vel quādo ſibi eā daret
niſi cum intronizaret:vnde credit ꝙ ſi h̄
ſponte ⁊ ſine pacto fiat non eſt ſimonia:
credit etiam ꝙ aliquod tpale detur: non
vt debitum: ſ; vt dari conſuetum non eſt
ſimonia.h̄ Roꝺ. ¶ Sciendum autē ꝙ
non omis pactio inducit ſimoniam. Nā
poſſeſſio dari pōt:vt in ea conſtruat̄ ora
torium:vt ex̄ de reſti.ſpo.olim.Et ſb certo
pacto dari pōt licentia conſtruendi ipm
extra de cenſi.ꝙ̄to.⁊ extra eo.ex iſinuatō
ne.talia enim pacta reputant̄ ſpūalia:ſic
⁊ illud.extra de pben.ſignificatum.Et in
traditione ſue rei quilibet pōt qꝺ ſibi pla
cet apponere pactū.extra de con.ap.nul
lum. ¶ z⁹ caſus eſt cum aliqd.p opibus
ſpiritualibus alicui preſbytero dat̄:q ad
ea alſ non tenet̄.iz.q.z.charitatem. Et
hoc eſt verum ſi non habeat alias vnde
viuat: vt.i.q.i.indices. Et ar.optimū.iz.
q.i.illi qui.vnde ſuas opas locare poteſt
ad tēpus:vt faciunt preſbyteri ꝯductícij
vel qꝛ hoc male ſonat vicarij dicantur
vel ſubſidiarij:vt extra ne prela.vices.c.
finali.dūmodo vt dictum Hoff. ⁊ Hoſti.
pncipalem intentionem ſuam inferat nō
ad pecuniam:ſ; ad obtinendum veniam
Si vero ad eas ex officio ſuo teneatur:
puta quia eſt deſponſatus ⁊ intitulatus
eccleſie:nihil etiam obtentu ſumptum ac
cipere deb;.de conſe.di.z.ſufficit.alſ ſimo
niā ꝯmitteret:vt.i.q.z.vendentes. Par
rochiani tamen cogendi ſunt p ſupiorē
ſoluere illud: qꝺ conſuetudo laudabilis
introduxit. extra eo.ad aplicam.in fine.
Et ſic ad dandum oblationes.i6.q.i.ſta
tuimus. Si autem non tenet̄ ⁊ habet al̄
ſumptus aut deb; gratis cantare aut ceſ
ſare:alſ ſi hoc faciat pro pecunia:aut erit
hi ſimonia: aut auaritia: vt dicit Hoff.
i⁊ Ray.lz enim vt dicit Ray:forte nō eēt

ſimonia eo ꝙ nullus tenet̄ ſuis ſtipēdijs
militare.extra e. cū ſit. tamē eſt ibi turpe
lucrum:vel ad minus habet ſpēm mali.
predicto modo diſtinguunt Ray.Hoff.
⁊ Hoſti. Roꝺ. autem dicit ꝙ preſbytero
ſiue indigeat ſiue non pecunia dari pōt i
ſumptus eius: nō in munera ſacerdotij
i.ſacerdotalis officij:qꝺ impendit:ſic dic
Hieronymus ꝙ decem panes cruſtula ⁊
vas mellis ſi ꝓphete data fuerunt magis
in ſumptus eius:ꝙ̄ in munera ꝓphetie re
putanda ſunt.i.q.i.indices.Cū ergo dr̄
preſbyter recipit pecuniam .p officiando
ad tempus eccleſiā loquit̄ .put ly .p no
tat cauſam ſine qua non: vel cām admi
culatiuam:⁊ non appreciatōnem officij:
vel etiam laboris: quem habet in officio
ſicut aliqui dicere voluerunt:quia labor
ille adeo eſt annexus illi officio:ꝙ nō oꝫ
vendi vel locari:ſicut nec officium ipm:
quia quiſquis alterum illorum vendit ⁊
reliquum: vnde in omni caſu preſbr oꝫ
officium impendere gratis.Et qꝺ ei dat̄
debet dari ḡtis: ſicut dicit Aug⁹.ꝙ aplī
gratis ab illis accipiebant panē:quibus
gratis predicabant.h̄ Roꝺ.Eſt ergo no
tandum: ꝙ cum dicit̄ aliquod tempale
dari.p ſpūali:hec prepoſitio .p pōt deno
tare appreciatōem ſiue ꝯmutationem: ⁊
ſic non debet concedi:pōt etiam denotare
cām finalem vel efficientem:⁊ ſic vtroꝙ
mō pōt cōcedi: vt ſit ſenſus ille dat pecu
niam .p miſſa.i.ꝓpt̄ veneratiōem miſſe:
tunc denotat finem: vel .p miſſa.i. .p deuo
tione miſſe: q̄ mouet eum ad dandū: ⁊
tūc denotat cām efficientē:pōt etiā deno
tare admiculationem:q̄ etiā reducit̄ ad
cām efficientem: vt cum dicit̄ ille miſtrat
librū ⁊ calicem preſbro .p miſſa celebrā
da:vl̄ ille dat pecuniā pſbro .p eccīa offi
cianda: ⁊ ſic etiam pōt ꝯcedi. Notandū
etiā ꝙ tpalia miniſtrantib⁹ ſpūalia dat̄
⁊ ab eis accipiunt̄ tanꝙ̄ ſtipendium ne
ceſſitatis: ⁊ ſm eccleſie ordinationem ⁊
approbatam conſuetudinem: ⁊ non vt
precium mercedis ſpiritualium:qꝛ tunc
dantes ⁊ accipientes ꝯmitterēt ſimoniā
non obſtante aliqua conſuetudine:quia
cōſuetudo non preiudicat iuri naturali
vel diuino:quod prohib; ſimoniam:vn̄
i. Thi.5.ſup illud qui bn̄ preſunt pſbri ⁊c̄
Dicit glo. Augi. Accipiāt ſuſtētatōē a
ꝑplo: ⁊ mercedem diſpenſatōis a dn̄o.
¶ z⁹ caſus eſt cum datur .p vita eterna

in remiſſionē peccatorum. ſm illō Dan. 4. Peccata tua elys redime. eẋ de teſtis. c. ſi. 7. 12. q. 2. aic. Sed q̄re non eſt ħ ſimonia: cū hec ſunt ſpūalia. Rndeo qꝛ elye dant pauperibus deo: qui eſt dn̄s ſpūalium: ideo ſimonia non cōmittiꝉ cū eo ſicut cum prelatis: q non ſunt domini: ſʒ diſpenſatores eorum. Item p̄dicta cadūt ſub merito ⁊ ꝓponunꝉ nobis venialia a deo ꝓ moneta dilectōnis ⁊ opibus charitatis: nō ſic de ſpūalibus: que p miſtros eccleſie conferunꝉ. Unde corpalis elya non eſt precium vite eterne: niſi inq̄ntum imperaꝉ a charitate. 4ᵒ caſus eſt cum datur ꝓ redimenda vexatione. extra eo. dilectꝰ filius. i. Unde ſi ep̄s excōicet me iniuſte: vel mineꝉ auferre mihi bn̄ficiuʒ qḋ iuſte poſſideo licite redimo ius in eū dando ſibi pecuniam vt ſententiā iniuſtā reuocet: vel ab hac iniuria ceſſet. ar. eẋ de magiſ. ꝓhibemus. Nec obſtat illō eẋ c. querelaʒ. vbi videꝉ ꝓhiberi ⁊ emi ⁊ redemi: qꝛ ibi exponiꝉ ſm Hoſt. redimi. i. p pecunia reſignari. Nec obſtat etiam illō eẋ c. nemo. qꝛ ſm Hoſt. ibi non redimiꝉ vexatio: ſed emiꝉ abſolutio: vel pōt dici etiaʒ ſm Goff. ⁊ Hoſti. eẋ c. dilectus. i. ꝙ ſi qs excōicatꝰ iuſte beneficium acq̄ſiuit iniuſte: tunc in vtroq̄ caſu committitur. extra c. nemo. ⁊. i. q. i. nullus ep̄us. 2. redemptio ergo rei ſpūalis ꝑmittiꝉ vexato iniuſte ⁊ redimenti: ſed ꝓhibeꝉ vexanti: ⁊ ꝓ vexationis ceſſatione recipienti. Si tamen excōicauit me iuſte: non licʒ mihi pecuniam ꝓ bn̄ficio abſolutionis ei dare nec lʒ ſibi accipere: licet tamen ꝓ peccati punitione. Caueat autem abſoluens ne in hoc magis intendat cupiditati: q̄ȝ correctioni ſeruire. Roḋ. autē ſentire videꝉ ꝙ etiam ſimonia eſt ſi aliquid ꝓ reuocatione iniuſte ſententie deꝉ: vnde ſm eum iniuſte excōmunicatus coram ſuperiore conqueraꝉ: ſed qḋ dictum eſt ꝑus cōmuniter teneꝉ. Nihil ergo dandum eſt iudici ꝓ abſolutiōe directe: ſumptus tn̄ quos fecit ꝓpter rei contumaciam aduerſarius: vel etiam iudex cum ꝓcedit ex officio ſuo: debet ipſe reus an̄q̄ȝ abſoluaꝉ reficere. eẋ vt lite non conte. q̄m. §. in aliȷs. ⁊ de ſen. ex. ſacro. ⁊ de appel. cum ſpāli. Si tamen ſit excōicatus iniuſte abſolui debet ſine omni grauamine. vt in. c. ſacro. hec Ber. extra c. ad aures. ❡ Quid ſi qs electus i ep̄m det pecuniaʒ aduerſario: vt nō impediat eius electionem. Rndeo ꝙ hoc non licet ſibi nec an̄ electionem nec poſt: ſi per electionem non ſit ius acquiſitum ei. eẋ c. de hoc. Si autē ſit ei ius acquiſituʒ lʒ ſibi nō quidem ꝓ electione: ſʒ ꝓ vexatōis ſue iniuſte redemptione. eẋ eo. dilectus filius. i. ❡ Quid ſi aliqs de quo conſtaret ꝙ in electione nullum ius haberet ante electionem impediret ne electio fieret: nūquid capitulum vexatiōem eius redimē poſſet. Rndet Roḋ. ꝙ ſic. ſ. ſi ille ipediret ne ſimpliciꝉ electio fieret: ſʒ impediret ne de iſto vel de illo electio fieret: forte tūc capitulum impedīeti nihil dare poſſet: ſicut nec ille cuiꝰ electionē ipediret. 5ᵒ caſus ca de conſecratione ⁊ viſitatione. Si. n. ep̄us eccleſiam conſecrat: vel epiſcopatū viſitat: pōt ꝓcurationem moderatā recipere. extra de cenſi. cū aplus. ⁊ eẋ c. cū ſit romana. ⁊ de preſcrip. cū ex officȷ. ⁊. 10. q. 2. relatum. Et nihilominus tn̄ videtur hoc facere gratis. ar. eẋ de vi. ⁊ ho. cleri. cum ab omi. Non tn̄ intelligas ꝙ exigatur aliqd ꝓ ipſa conſecratione. Als cōtra i. q. i. ſtatuimus. ſed ꝓ labore vie. 12. q. 2. charitatē. etiā ſi eccl̄ia ſit i ciuitate. eẋ de cenſi. venerabilis. ſm Hoſt. Secundum vero Hoſti. in ſum. cū talis labor ſit ſpūalis: quem prelatus neceſſario ⁊ ex officio ſibi iniuncto teneꝉ ſubire: melius eſt dicē ꝙ hoc prouenit ex conſuetudine. extra c. ad apoſtolicam. ⁊ ex equitate: vt qui ſeminat ſpiritualia metat ⁊ temporalia: vt patet p multa exempla. 12. q. 2. §. qꝛ ergo quinimo hoc ē ex connexitate: vt extra de cenſi. cum venerabilis. Secundū aūt Ber. ⁊ Hoſti. in gloſa extra c. cum ſit. p̄dicta ꝓcuratio premiſſa eſt a iure quaſi licita: quia nō peccatur legis auctoritate 23. q. 4. q peccat. Et debet fieri ſm facultates eccleſie ſicut ⁊ alie. extra de cenſi. ſopite. imo etiam ſi eccleſia non poſſit ex penuria. ep̄us ſuis ſumptibus eccleſiam conſecrabit. i. q. i. placuit. ❡ Sed quare datur ep̄o ꝓcuratio ꝓ eccleſie conſecratione: ⁊ non ꝓ clericorum ordinatiōe: cū etiaʒ ibi ſit labor. Rndeo qꝛ ep̄us poteſt ordinare i ſua eccleſia: ⁊ facile poteſt habere expenſas in domo ſua: non ſic autē cum aliam conſecrat aut viſitat eccleſiā. Circa vero munꝰ ab obſequio ſciēduʒ ꝙ tale munus ſemper inducit ſimoniam quando pactum interuenit: vn̄ ſi ꝓmitto tibi eccleſiam: vt negociū meū ꝓmoueas.

ſimonia eſt.vt extra e.cũ eſſent.Si aũt
non interueniat pactum:tunc ſic diſtin/
guitur ſm Hoſt.Hoſti.ꝛ Ber.ſuper.c.cũ
eſſent.q₂ aut ſeruio tibi hac ſpe ſecunda/
rio ductus.ſ.ꝙ conferas mihi bñficium:
ꝛ pᷓncipaliter ſeruio gratis:ꝛ tũc nõ pec/
co.ar.di.6i.quid ꝓderit.aut ſeruio princi
paliter vt conferas mihi bñficium:ꝛ ſecũ
dario gratis:ꝛ tunc delinquo.In quo tñ
caſu ſufficit mihi p penitentiam ſatiſfacẽ
deo:vt dictũ eſt ſupra.Et ſm hanc diſti
ctionem itelligitur illud.extra e.tua nos.
ſm Hoſt.ꝛ cõcordant iura: que videnť
ſibi inuicem contraria.Aliter põt diſtin/
gui ſm Ray.Hoſt.ꝛ Hoſti.ſic.Obſequꝫ
aut eſt corporale aut ſpũale:ſi ſit corpale
ꝛ honeſtum non inducit viciũ:dũmodo
non interueniat pactum:vt ſi qs ſeruiat
epõ romam eundo: ꝓ eo aduocando:ei⁹
negocia ꝓcurando.Et hoc innuiť a ɔ̃rio
ſenſu.i.q.i.ſunt nonnulli.ibi munus ab
obſequio cum ſeruitus indebite impenſa
Et hoc intellige vbi dignus dignũ pᷓſtat
obſequiũ:vt dictum eſt:ſi vero dignus
indignũ:vel indignus dignũ obſequiũ
pᷓſtet:ſimonie vicio non caret:vñ ſi pᷓſtat
ei ad vtilitatem conſanguineorum eius:
vel faciat aliquid hi⁹:eſt munus ab obſe
quio:ꝛ eſt ſimoniacũ ſm Tho.Si autẽ
ſit ſpũale ꝛ interueniat pactum inducit
viciũ:niſi bñficio vel pſonatui ſit annexũ
vt cum eſt impoſitum hoc onus alicui pᷓ/
bende:vt q eam habuerit dicat miſſaꝫ de
beata virgine: vt eẋ de pᷓben.ſignificatũ.
Et intellige ſm Rod.ꝙ ꝓpter obſequiũ
corporale ꝛ honeſtum dari non debꝫ be
neficiũ:ſꝫ datur obſequenti meritis ſuis
cognitis p huiuſmodi obſequium: q₂ vt
dixit cantor pariſienſis.Curie pᷓdatorꝫ
ſunt ꝓbatoria clericorũ. ¶Sed pone ꝙ
vnus debeat dicere miſſam maiorẽ alius
minorẽ:ꝛ cõueniunt adinuicem ꝙ vn⁹
dicat miſſam ꝓ alio ꝛ ecõuerſo:nunqd
eis licebit.Rñdeo ꝙ ſic.q₂ cum diciť iſte
impendit obſequiũ ſpũale ꝓ alio ſpũali.
ꝓ non denotat ibi appᷓciatõem:ſed ad
miniculatõem: cũ ille non poſſit cantare
ꝓ alio:niſi etiam ille cantet ꝓ eo. ¶Eſto
ꝙ duo ſint baptizandi:ꝛ vnus dicat al/
teri baptizabo te tali pacto:ꝙ poſtea ba
ptizes me:nũqıd ẽ ibi ſimonia.Rñdet
Rich.ꝙ ſic.q₂ i talibus nulla pactio vł
conuentio debet interuenire.eẋ e.tua no
bis.lꝫ enim dare aliqd ſpũale ꝓ facie ex

pacto non ſit licitũ ex tot cauſis ex quot
illicitum eſt dare aliqd temporale:tñ.eſt
illicitum ꝓpter duo.ſ.q₂ res a non domio
emitur:ꝛ q₂ eſt contra rõnem grẽ ꝙ re/
datur:dicere tamen poſſet ego baptizo te
ꝛ rogo te ꝙ poſtea baptizes me:qđ itelli
go i cãu neceſſitatis. ¶Circa aũt mun⁹
a lingua ſciendum: ꝙ hoc munus diciť
vel ipa laus ptinens ad fauorem huma/
num:que ſub precio cadit:vel preces ex
quibus fauor humanus acquiriť vel cõ
trariũ vitatur.Et ideo ſi quis principa
liter ad hoc intendit ſimoniam cõmittit.
vř autem pᷓncipaliter ad h̃ intendere qñ
preces pro indigno.ſ.ex aliquo crimine
queꝫ ex huiuſmodi ſimonia exaudit:vñ
ipm factum eſt ſimoniacum.Si vero ꝓ
digno non eſt ſimoniacum: q₂ ſubeſt de/
bita cauſa: ꝙ ei aliquid ſpirituale detur.
Poteſt tamen eẽ ſimonia i intentione:ſi
non ad pſone dignitatem:ſꝫ ad hũanum
fauorem attendať.ſm enim Laur̃.epus
ſimoniam committit ſi beneficium alicui
ꝓpter conſanguinitateꝫ concedit:alś nõ
conceſſurus: quia ſi quis iniuſto cordis
amore:vel ſordidis precibus ⁊c.i.q.i.ſi
qs.Nec obſtat ar.eẋ co.nemo.ꝛ.c.tua.
exquo enim fauor tertij munus fauoris
inducit:multomagis fauor eius:q ordia
tur.i.q.i.ſunt nonnulli.hoc notať extra
vt ec.bene.vt noſtrum. ¶Secũdũ aũt
Tho.talis collatio eſt carnalis ꝛ illicita:
non tamẽ ſimoniaca:q₂ nihil recipit.Sꝫ
quare minus ſimonia cõmittiť rogãdo
ꝓ indigno ꝙ̃ pecuniam dando.Rñdet
Bar.i.q.i.quibuſdam.quia in rogando
nihil dať ꝛ nihil accipiť:ꝛ ideo ibi eſſe
nullum cõmerciũ intelligiť.Sꝫ ꝛ ꝓ indi
gno magis munera ꝙ̃ pᷓces eccleſia de te
ſtatur.Uel ſm Alex.de an.pᷓces ordinať
ad notificandum dignitatem talis:ſed pe
cunia ad mouendũ inordinate arbitriũ
conferentis.Poteſt autem circa hoc di/
ſtingui ſm Hoſt.ꝛ Hoſti.ſic ſcilicet ꝙ ꝓ
monetur quis aut precibus ſuis:aut alie
nis:ſi ſuis aut ad pᷓlaturam maxime q
conferť p electionem:ꝛ tũc ſimonia cõ/
mittiť:q₂ tal videť ambicioſus:ꝛ eo ipo
indign⁹.eẋ de elec.qualiť.ꝛ.i.q.i.ſicut is
Aut ad ſimplex bñficiũ:ꝛ tũc nõ ɔmit/
tiť:dũ tñ ſit dign⁹:vt extra de.c.tua nos.
in pᷓncipio.Si autem ꝓmoueť precibus
alienis:aut precibus ſpiritualib⁹ aut car
nalibus; ſi ſpiritualibus ſimonia non

ꝯmittiᷓ.i.q.i.latorem.niſi prelatus cōſanguinitate trahatur.i.q.i.ordinationes.⁊ c.ſunt nonnulli. vbi diciᷓ ꝙ preces ſuccedunt loco precij. Tanc. autē ⁊ Gregl. naſo.dixerūt ꝙ nullo dato ſimonia non committiᷓ.i.q.2.ꝗ pio. Sed hoc intelligit Hoſti.qñ conſanguineus eſt dignus. tali enim magis ꝗ extraneo teneᷓ prouidere prelatus.ar. extra de cohabi.cle. c.i.Si vero ſit indignus locum habꝫ:vt prius dictum eſt.Si vero precibus alienis ⁊ carnalibus:aut ꝓmoueᷓ ad prelationem:aut ad ſimplex beneficium:ſi ad prelationem iniuſte ſunt preces maxime quando rogans eſt laycus:cuius vultuſ timeri poteſt:vt extra ď elec.Oſius.quiſ qs niſi forte prelatus non habito reſpectū ad ꝑces euꝫ inſtituat ex officio ſuo neceſſitate vel vtilitate eccleſie exigente:vt ex̄ de eta.⁊ quali.curam.Si autem ad beneficium ſimplex:aut ille ꝓ quo rogatur eſt indignus:⁊ tunc ſimonia committiᷓ:vt i.c. de ordinatōibus.i4.q.i.⁊.c.nōnulli. aut eſt dignus ⁊ tunc non committiᷓ:ſi prelatus ꝑncipaliter preces non ſequaᷓ i.q.i.quibuſdam.⁊ ar.in.c.tuam.ħ Ho. Ray.vero ⁊ Ber.extra de eta.tuam.conueniunt in premiſſa di.cū Hoſti.⁊ Goff. niſi ꝙ in ꝑmo membro.ſ.qñ qs ꝓmoueᷓ precibus ſuis ſic diſtinguunt.ſ.ꝙ qs pro ſe petere non pōt eccleſiam vel dignitatē vel beneficium aliqđ habens annexam curam animaꝝ.ad ħ.ar.8.q.i. in ſcripturis.⁊.i.q.i.ordinationes. ⁊ extra de iure patro.ꝑ noſtras.beneficiū vero ſimplex ſi indigeat ⁊ dignuꝫ ſe ſentiat:petere pōt ſine metu ſimonie ⁊ pacto.extra.c.ad aures. Si vero ſit indignus vel etiam non indigens peccat:vt diciᷓ ibidem.⁊.i.q.2 clericos.Et diciᷓ hic beneficium ſimplex illud:qđ eſt ſine cura aīarum vel dignitate. Rod.vero dicit: ꝙ hec opi.videtur dura:vnde credit ꝙ aliqs ꝓ ſe petē poſſꝫ niſi ſit indignus beneficiū habens curā animarum annexam.exemplo Iſa. qui dicit.Ecce ego mitte me.Credit etiam ꝙ ex quo qs eſt ꝓmotus ad ordīes ſacros: cum huiuſmodi ordinatio requirat eccleſiaſticum titulum petere poſſit eccleſiaſticū beneficium:lꝫ abundet in temporalibus. Et iura:que Ray.inducit loquunᷓ ꝯtra ſtatum eccleſie ꝑmitiue:qñ redditus erāt exiles ⁊ diſtribuebanᷓ de facultatibus eccleſie:ꝑut opus erat cuiqꝫ.

Sequiᷓ de 4°.ſ.qua pena ſimoniaci feriantᷓ. Circa qđ ſic nō ſm Hoſti.ꝙ ſimoniaci puniunᷓ ⁊ a iure ⁊ a iudice. a iure enim puniunᷓ ipſo facto.Qui enim fuerit ordinatus ſimoniace ipſo facto ē ſuſpenſus:etiam ꝗtūcūqꝫ ſit occult°.ſm Ray.Hoſti. Goff.⁊ Ber. extra eo.accuſant.⁊ Innoc.ſup.c.ex̄.c. tanta.Et quo ad ſe vt.ſ.de ſui ordinis executione ſe non intromittat. Et quo ad alios vt.ſ.nullus ei in execūtione ordinis cōicet:ſiue peccatum eius ſit publicū vel occultum.extra eo.tanta.vbi etiam dicit in aggrauatōeꝫ criminis ſimonie:ꝙ oīs peccator pōt miſſam celebrare preter ſimoniacum.Omnis inquā peccator ſubaudi non preciſus toleratus penitēs pōt ⁊c.Sic ſubaudiri debet ſm Goff.Hoſt.⁊ Ber.ibidem.Per hoc ꝙ diciᷓ non preciſus.ſ.ab eccleſia ꝑ ſententiam excōicationis iudicis vel canonis tolliᷓ obiectio de excōicatis ⁊ ſuſpenſis:q excluduntᷓ a participatōe ſacramētorūꝫ:ꝑ ħ vero. ꝙ diciᷓ penitens tolliᷓ obiectio de eo:qui ē in mortali: qui ſuſpenſus eſt quo ad ſe.i. q.i.ſacerdotes. hoc tñ locum non habet vt dicit Goff.in enormibus etiā occultis. nec i mediocribus notorijs de iure vel de facto.Huiuſmōi enim crimina p° pactā penitentiam impediūt executōꝫ ordinis ⁊ quo ad ſe ⁊ ꝗ ad alios: vt ex̄ de temp. ordi.c.fi.⁊ de renūc.niſi cū ꝑdem. Unde Goff.ſic ſupplet.Oīs petōr nō ꝑciſus toleratꝰ⁊ penitēs pōt celebrare miſſaꝫ ꝑter ſimoniacū: ⁊ ꝑter alios delinquētes enormiᷓ etiaꝫ occulte:vel mediocriᷓ notorie. Als etiā expōnes illius vbi ponit gloſa Ber. Nec obſtat ꝑdictis illđ ex̄ c.ex tue fraternitatis.vbi dᷓ:ꝙ nō ē tutū ſimōiacū coherceē in ordīe ab offi°:qꝛ illđ itelligiᷓ qñ crimē eſt occultū:ita ꝙ ꝑlatꝰ non ſcit illud niſi ꝑ ꝯfeſſiōeꝫ:⁊ iđ non pōt eū ꝓhibē:qñ ď ſcđ offi° exeqᷓ:vt ex̄ de offi. ordi.ſi ſacerdotes. Dam. vō dixit ꝙ ſimoniacꝰ i ordīe occultꝰ ē ſuſpenſus ꝗ ad ſe tñ:notoriꝰ vō quo ad ſe ⁊ ꝗ ad alios. ⁊ ꝙ.c.ex tue.loqᷓur de occulto.⁊.c.tanta loquiᷓ de notorio. Sꝫ ſm Hoſti. melius eſt dicere cum doctoribus alijs illud qđ dictum ē ꝑus.ſ.ꝙ etiā occultꝰ ē ſuſpenſus quo ad alios. qꝛ talis habet characterē furtiuū.ſ.large: qꝛ nō intrauit ꝑ hoſtiū. ſm ꝙ dᷓ Io.io.q nō itrat ⁊c. ⁊.i.q.i.ordinatōes:⁊ ordo idē ortꝰ cecidit:vt.i.q.i.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

